DISPUTATIO CRITICA

DE

ANTIQUARUM AESCHYLI INTERPRETATIONUM AD GENUINAM LECTIONEM RESTITUENDAM USU ET AUCTORITATE.

353

DISPUTATIO CRITICA

DE

ANTIQUARUM AESCHYLI INTERPRETATIONUM AD GENUINAM LECTIONEM RESTITUENDAM USU ET AUCTORITATE,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITERIS HUMANIORIBUS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS MARINUS FRANCKEN,

MUDANUS.

A. D. XXVII. M. JUNII A. MDCCCXLV, HORA I.

Trajecti ad Rhenum

APUD KEMINK & FILIUM, TYPOGR.

MDCCCXLV.

PARENTIBUS

OPTIMIS CARISSIMIS

SACRUM.

PRAEFATIO.

Si qui forte sint, qui mirentur, cur ego Academiae valedicturus poëtam mihi tractandum sumserim, in quo emendando virorum doctorum adhuc parum profecerit diligentia, sciant velim, non ea me arrogantia hunc laborem suscepisse, ut ubique quid verum esset me inventurum, aut tenebras, quas temporum iniuria praeclaro poëtae offudisset, me dispulsurum esse sperarem. Verum cogitabam, si vel paucissimis locis maculas abstersisse, aut emendandi viam monstrasse contigisset, plus me profuturum, quam si in faciliori argumento antiqua et probe nota repetere satis haberem. Itaque circumspi-

cienti mihi, num rationem forte invenire possem, qua varias in Aeschylum animadversiones argumenti quadam perpetuitate coniungerem, nulla aptior occurrebat scribendi materies, quam antiquorum Aeschyli interpretum variae lectiones; quas si accurate e scholiis collegissem, etiamsi nihil praeterea accederet, operae pretium me facturum putabam. Mox intellexi, nisi simplicem variarum lectionum recensum dare vellem, librum longe iustum dissertationis inauguralis ambitum esse superaturum. Quare duas fabulas nunc tractandas mihi selegi, de reliquis postea separatim acturus.

Sed illud priusquam aggredior, gratiae mihi agendae sunt Viris, quos studiorum duces habui, Clarissimis G r o e n e w o u d et V i s s c h e r, quos de literis Hebraicis et Belgicis exponentes audivi; praesertim vero aestumatissimis Viris G o u d o e v e r o, Promotori meo, et K a r s t e n i o, quorum uterque non minus publica institutione, quam privata admonitione studia mea iuvare conatibusque favere voluit, neque in hac dissertatione conscribenda consilia sua mihi denegavit. Quicunque in simili argumento laboraverit, suo ipsius exemplo edoctus sciet, non optimos nos nostrorum inventorum esse iudices, saepe vera videri, quae aliqua acuminis specie se commendent. Quo magis me felicem praedico, qui operis, quod non

—

licebat, ut aiunt, nonum in annum premere, intelligentes eosdemque severos ac benevolos iudices habuerim.

Atque hic utinam gratum item animum significare possem Duumviris quondam Academiae nostrae ornamentis H e u s d i o *et* S c h r o e d e r o. *Huius quidem consuetudine et institutione tam publica quam privata mihi per plures annos uti licuit; illius vero doctrinam et elegantiam etsi suspicere magis quam aestimare potui, tamen bonarum literarum amorem adeo in me auxit; ut illius potissimum opera factum sit, ut totum me his studiis dare constituerim. Neque parum mihi profuisse egregiam in Gymnasio Rheno-Traiectino institutionem, quae cum* H e u s d i i *ratione optime conspirabat, gratus profiteor.*

Tibi vero carissime Pater, quid debeam si referre vellem, dicendi facilius initium quam finem invenirem. A te quum maxima ac propemodum omnia acceperim, tum gratus agnosco te optimarum in me artium studia excitasse, nec ulli labori aut curae pepercisse, quibus optimorum magistrorum disciplina ut bene fruerer, efficere posses. Accipias hoc qualecunque observantiae et amoris pignus, tibique velim persuadeas, me semper tuorum beneficiorum memoriam grato esse animo conservaturum.

Quos in hac Academia fidos sincerosque expertus

sum amicos, ut eodem me amore in posterum etiam prosequantur enixe rogo. Vehementer opto, ut non tantum memoria praeteriti temporis, quod iucundissimum una peregimus, sed boni etiam verique colendi communis voluntas perpetuo nos iungat.

INTROITUS.

Scriptorum veterum interpretationes antiquas quotquot aetatem tulerunt, postquam intellectum est magna quidem doctrinae copia esse refertas, iudicii vero acumine saepe destitutas, viri docti id praesertim agere coeperunt, ut quae dispersa in iis laterent antiquorum scriptorum, partim deperditorum, fragmenta tanquam tabulas e naufragio colligerent, explicarent, iustum in ordinem redigerent; antiquae enarrationes ipsae solum vel praecipuum adiumentum ad poëtarum intelligentiam haberi desierunt. Etsi profecto fatendum, si quis antiquos auctores sequatur, eum multis locis a vero sensu aberraturum; vere tamen mihi videor dicturus, nisi omnia, quae ab illis afferuntur, diligenter perpenderis, in quaerendo, quaenam sit antiqua lectio, iudicium plerumque vacillare, alibi fontem erroris correctionisque a grammaticis factae rationem latere. Etenim quemadmodum in MSS. saepe quae lectio primo intuitu placeat, cognitis librorum vitiis nullius esse auctoritatis arguitur, veteraque exemplaria surda plerumque ora-

*

cula sunt, nisi perpetuo consulentibus [1]), ita perspecto interpretationis genere, quod Scholiastae secuti sunt, nonnulla, de quibus primo secus visum fuerat, ad lectionem vulgatam esse referenda, alia pertinere ad verba, quae hodie in paucis aut nullis libris exstant, apparet. Quod si in emendando scriptore ab ea lectione proficiscendum est, quae quamvis depravata reliquis ansam dederit, hanc autem Scholiastae, codicibus nostris antiquiores saepe conservaverunt, intelligetur, spero, eum, qui data opera in antiquas illas interpretationes inquisiverit, scriptori, quem sibi elegerit, aliquantum posse prodesse.

Aeschylum quidem quum constet neque Schutzii elegantia aut Blomfieldii eruditione, neque Hermanni et Dindorfii acumine satis esse emendatum, scholia autem ab editoribus saepius neglecta neque perpetuo consulta esse animadverterem [2]), videbar mihi operae pretium facturus, si illa cum verbis poëtae quam accuratissime conferrem. In quo ita versari constitui, ut quae falso variam lectionem continere credita sint, aut credi possint, explicem, lectiones a Wellaueri textu (hic enim proxime ad MSS. accedit) diversas, praesertim eas, de quibus an probari possint, dubius haereas examini subiiciam, omnia denique, quibus scholiastae a vulgata lectione recedant, in indicem conferam in fine addendum. Verum prius-

1) Wolf. Proleg. ad Hom. p. IV.

2) Verum esse, quod dixi, sequens disputatio ostendet. Eiusdem sententiae erat Elmsleius; cf. Promethei a Blomf. curatae ed. Lips. p. 164.

quam id aggrediar, pauca de antiquis Aeschyli interpretibus, qui aetatem tulerunt, de eorum editionibus, numero, antiquitate, auctoritate denique exponendum erit.

Primus scholia separatim edidit F. Robortellus in libro, cui titulus: Scholia in Aeschyli tragoedias omnes ex vetustissimis libris manuscriptis collecta atque in hoc corpus redacta a Francisco Robortello Utinensi. Venetiis ex officina Erasmiana Vincentii Valgristi. MDLII. Cum Privilegio Illustrissimi Senatus Veneti per annos decem." [1]) In epistola praemissa ad Marianum Savellum, scripta Venetiis Id. Nov. a. 1551, ad tres postremas tragoedias h. e. Agamemnonem, Eumenides, Supplices (Agamemnon et Choephorae Robortello pro una fabula erant) omnia fere, quae adiumento essent ad loca difficilia intelligenda, se hausisse dicit ex antiquissimo Savelli libro, « in quo tres hae [tragoediae] manu vetusti cuiusdam, ac bene docti hominis accurate descriptae fuissent." Ad reliquas tres tragoedias duplex explicationum genus inveniri dicit, alterum breve et concisum, alterum fusum et prolixum. Illorum, inquit, brevitatem horum prolixitate compensavimus, et prolixa nimis ubi haec videbantur, ac luxuriantia, secuimus pro nostro arbitratu, tollentes ea quae videbantur inutilia. De » vetustis libris," quos a se consultos dicit, ne nimis magnifice existimemus, facit, quod scholia ex inter-

---

1) Debeo hunc librum humanitati viri Clar. Geel. — Forma est 8. min.

pretatione Chalcondylae, Maximi Planudae, Moschopuli aut Thomae Magistri fluxisse putat, unde dixeris, eum libros non consuluisse, qui horum aetatem superarent. Sed hoc fortasse de ampliori tantum interpretatione intelligi voluit, alterumque scholiorum genus vere ex uno pluribusve antiquioribus codicibus petitum est. Ceterum liber multis est vitiis inquinatus, quae tamen maximam partem e codicibus in editionem transiisse videntur.

Horum vitiorum partem Victorius in editione sua Aeschyli (1557) sustulit; nova scholia ex Mediceo tantum addidisse videtur (cf. Stephanus, ap. Vict. p. 389, supra). Quod si ex specimine a G. Dindorfio in *Praef. ad Annotationes in Aesch.* p. 15, sqq. (Oxon. 1841) 1) proposito tantum efficere licet, pauca ex illo libro praecipue glossas, quas Robortellus iam aliis scholiis insertas ediderat, omisit. Scholia quaedam ab ipso Victorio composita fuisse, suspicatur Ahrensius, *de causis quibusdam Aeschyli nondum satis emendati* (Gott. 1832) p. 5, quod neque a more illius aetatis, neque ab instituto Victorii, nihil praeter scholia ad poëtam explicandum editioni suae addentis abhorret. Sed quae sibi passim interpolationis Victorianae indicia deprehendere visus est, ea omnia falsa esse a Dindorfio e Mediceo docemur. Maiorem suspicionem movere pos-

---

1) Hunc Engerique librum *de Aeschyliis Antistrophicorum responsionibus*, Vratisl. 1836. nactus sum, postquam annotatio mea in Prometheum iam typis expressa erat.

sent ea, quae de arte poëtae a Victorio Robortellianis inserta (ad Prom. 88, l. 13, usque ad finem, ad 175, ad 193, l. 7, sqq., ad 231. μισοπ. — προςέθ., 307. σκόπησον — τραγικοῖς, et alia) in codicibus, quos consului, desiderantur, sed haec e Mediceo sumta esse, nihil obstat quominus credamus, quum praesertim ipse Victorius (Praef. p. 5) praecipuam illius libri virtutem ponat in iis »quae ad artificium huius poëmatis (poëtae?) ostendendum pertineant." Praeterea similia inveniuntur ad Eum. 47, 95, 117, 241, quae iam sunt apud Robortellum.

Utraque haec editio continet tantummodo primum interpretem quem vulgo *Scholiasten* A. dicunt [1]), alterum (*Schol.* B) duabis primis fabulis (Prometheo et Septem contra Thebas) addidit Stanleius, Persis et Eumenidibus Butlerus. Stanleius usus MSS. Oxoniensi (sive Barocciano, cf. Well, vol. I. p. XI) et Arundeliano (sive Seldeniano) »prioris ope *Scholiastem vulgarem* in tres priores tragoedias *locupletavit*, posterioris *scholiastem alium* — exhibuit." Cf. ipsum in Praef.

Tertius interpres (*Schol. Γ*) primum a Morellio vulgatus est in editione Promethei, quae prodiit Londini a 1773, forma 4. Sed scholia illa non sunt nisi particulae primi interpretis, quas Robortellus consulto

1) Vere si existimare volumus, *Scholiastae* nomen non convenit huic interpreti. Cf. Suringar, *Hist. Crit. Scholiastt. Lat.* P. I. p. 19, et *de Scholiaste Germanici*, p. 16, not. Nolui tamen quidquam hic novare, quia *Scholiastae* nomen receptum fere est, et nemini facile ignotum, quis eo significetur.

omiserat; nam in Parisino B. et Voss. 1. promiscue utraque leguntur.

Omnes has interpretationes collegit Butlerus, unde Schutzius eas in suam transtulit editionem (vol. IV, Hal. 1821), qua mihi, Butleri editione destituto, in scholiis laudandis utendum fuit [1]). Verum dolendum est, neutrum ad emendationem scholiorum quidquam contulisse. Multis enim locis interpretum verba adeo corrupta sunt et perturbata, ut non modo de lectione, quam secuti sint, sed ne de interpretatione quidem constet. Itaque circumspexi, an forte liceret MSS. uti, quorum ope certiori via antiquarum lectionum vestigia erui possent. Nec frustra quaesivi. Nam ex Cobeti libro *in Platonis Comici reliquias*, p. 190. quum scholia inedita in Aeschyli tragoedias Leidae asservari cognovissem, Bibliothecae Praefectum Geelium Virum Clar. adii, ut ea inspiciendi mihi copiam daret. Huius igitur humanitate factum, ut duos libros MSS. usurpare, inedita scholia describere, reliquorum ope edita corrigere possem.

Uterque liber olim fuit Is. Vossii. *Prior* quem dixi Voss. 1. (Vossianorum in 4. No. 6) in charta bombycina scriptus continet Aeschyli Prometheum, Septem contra Thebas, Persas, Sophoclis Aiacem, Electram, Oedipum T. cum scholiis et glossis. Initio desunt duae paginae, quae praeter 49 primos Promethei versus vitam Aeschyli et Promethei argumentum continuerint. In fine Persarum scribitur ὧδε (MS. ὡδὲ)

---

1) In poëtae verbis citandis Wellaueri numeros sequor.

τὸ τέρμα τοῦ παρόντος *Αἰσχύλου.* Singulae paginae continent duas vel, ubi scholia ferebant, tres columnas. Characteres sunt minutissimi, crebra scripturae compendia; in extrema paginarum parte nonnulla evanida. Accentus et spiritus adsunt, sed asper et lenis saepe vix discerni possunt. Verba elisionem (quae saepius negligitur) passa arctissime cum sequentibus copulantur; ν ἐφελκυστικὸν non raro desideratur; permutantur ϊ et ὑ, ϋ et η, αι et ε. Continet Scholiasten A. plenum, i. e. una cum iis, quae Robortellus et hunc secuti editores omiserunt. Liber saec. XIII non antiquior videtur.

Alter liber, qui est e Vossianis formae maximae No. 23 (Voss. 2), admodum recenti sed elegantissima manu scriptus, continet Prometheum, Septem contra Thebas Persas. Accuratum hunc esse apographum Parisini B., didici ex Faehsii *Sylloge lectionum Graecarum glossarum scholiorum in tragicos Graecos atque Platonem* (Lips. 1813), in qua, pag. 3-67, omnia scholia ad Prometheum ex illo libro (Cod. 2787) descripta sunt; scholia ad reliquas duas fabulas quominus similiter ederet, Faehsius temporis angustiis impeditus fuit. Haec igitur ex Voss. 2. supplevi. — Ceterum Par. B. continet praeter fabulas Aeschyli laudatas Sophoclis Oedipum R., Oedipum Col., Trachinias, Philoctetem, quae in Voss. 2. omissa sunt. Par. est saec. XIV. Cf. Faehs. Praef. p. XVIII, sq.

Itaque duo distingui debent scholiorum genera; scholia literis *A* et *Γ* notata, et Schol. *B.* In nullo codice utrumque hoc genus permixtum esse videtur. In priori rursus tres quasi classes scholiorum mihi videor

posse distinguere. ***Primam*** constituunt scholia Medicei, qui liber scriptus est saec. X. vel XI. Annotationem brevem sed doctam continere videtur saepius ad singula verba quam ad constructionem illustrandam accommodatam. Accuratiorem collationem a Cobeti diligentia exspectamus.

Secunda classis, quae invenitur in Voss. 1, et, ut suspicor, in plerisque codicibus, habet latiorem sententiarum explanationem, quae plerumque memoratis poëtae verbis singulis interpretationem annectit interpositis voculis *ἤτοι*, *ἤγουν*, *καὶ*, quod indicium recentioris originis haberi solet. Pleraque, quae in Mediceo inveniuntur hic Scholiastes suis inseruit. Num praeterea alios consuluerit commentarios, incertum est. Inde, quod scholia ad Sept. 105, 132, 149. 1. 7, sqq. in Mediceo desiderantur, hoc non satis tuto colligitur. Non improbabile est, pleniorem hanc enarrationem a ludimagistris compositam sive ab ipsis sive a discipulis chartae fuisse mandatam. Unde simul intelligeretur, quare tres primae tragoediae, quas reliquis magis lectas fuisse, maior MSS. numerus arguit, multo ampliores habeant commentarios, quam quatuor reliquae, quae tam propter dicendi genus passim obscurius, quam crebris librariorum erroribus minus apte in scholis explicari possent.

Ad *tertiam* classem refero varias lectiones et scholia quaedam infimae aetatis Parisino B (Voss. 2.) adscripta, quae collato altero libro Vossiano facile erat agnoscere. Versantur illa plerumque in varietate lectionis explicanda aut verborum ordine expediendo.

Interdum quaedum sunt ex antiquo lexico depromta. Sic ad Sept. 18. ὄτλον] κακοπάθειαν, γίγνεται δὲ ἐκ τοῦ τλῶ τοῦ τὸ ὑπομένω σημαίνοντος ὄτλος, ἀποβολῇ τοῦ υ. τὴν γὰρ κακοπάθειαν οὐ δύναταί τις τλῆναι καὶ ὑπομεῖναι; ad 72. θάμνος ἐστὶν εἶδος χαμαιζήλου φυτοῦ καὶ πολυκλάδου παρὰ τὸ θαμὰ ἐτυμολογούμενος (sic) οὐ γὰρ μονοστέλεχος κατὰ τὰ δένδρα ἄνεισιν, ἀλλὰ πυκνὸς ὁ κλάδος καὶ πολυστέλεχος εὐθὺς ἐστιν, ἐκ ῥιζῶν; Pers. 47. Τὸ τέλος ἐξαχῶς λέγεται. Σημαίνει γὰρ καὶ τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα, καὶ τὸ τῶν πραγμάτων πέρας, καὶ τὴν ἐκ τῶν πόλεων φοιτῶσαν πρόσοδον καὶ τὸ ἀξίωμα, ὡς Εὐριπίδης (Soph. Ant. 67). τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ δαπάνημα, ὡς Εὐριπίδης· μάτην εἴκοστον τόδ' ἐκβαίη τέλος," καὶ τὴν μυστικὴν καὶ οὕτω τελειόποιον ἑορτήν, ὅθεν καὶ ἡ τελετὴ λέγεται, καὶ τελεῖσθαι τὸ μυεῖσθαι, καὶ τελειούμενοι οἱ τὰ μυστικὰ διδασκόμενοι, quae paucis mutatis leguntur etiam apud Eustath. ad Il. X. p. 789. 12 et in Etym. Gud. p. 524. 34. Cf. Valcken. Diatr. p. 202. Herodianus laudatur ad Sept. 271. Τάρβος σημαίνει τὸν φόβον. Τρισσῶς δὲ λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς τοῦτο. ἐκ τοῦ τρέπω τράπος καὶ τάρβος· οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι φεύγουσιν· ἐκ τοῦ τείρω τοῦ καταπονῶ, ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔταρον, τάρος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ β τάρβος· καὶ τοῦ ταράσσω. In Thracia hunc Scholiasten vixisse, liquet ex glossa ad Pers. 486 (Παγγαῖόν τ' ὄρος): ὄρος Θρακικὸν τὸ παρ' ἡμῶν καλούμενον ὄρος μικρόν.

Scholiasten B. altero recentiorem esse, intelligitur ex annotatione ad Persarum initium, ubi Schol. A. Ἀγνοοῦσι δὲ (*qui aliter interpretantur*) ὅτι πόλις ἐστι

Περσῶν ἔσωθεν, Πίστειρα καλουμένη ἣν συγκόψας ὁ ποιητὴς Πιστὰ ἔφη. Schol. B. *οἱ δὲ λέγοντες τὸ Πιστὰ ἀντὶ Πίστειρα κατὰ συγκοπὴν, παντὶ δῆλον, ὡς ληροῦσιν.* Plerumque hic interpres contentus fuit repetenda aut impugnanda alterius explicatione. Commentarium se scripsisse testatur in Euripidis Hecubam, ad Prom. 853. *γεγράφαμεν δὲ τὴν ἱστορίαν (τῶν τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων) ἐν τῇ Εὐριπίδου Ἑκάβῃ.* Respicit ad Hec. 874. *οὐ γυναῖκες εἷλον Αἰγύπτου τέκνα*, ubi prolixa enarratione Danaïdum historia in scholiis exponitur.

Laudautur scholia nostra ab auctore Etym. M. p. 690. 11. Cf. infra ad Prom. 435, p. 30, sq. Eustathium « eorum testimonio saepe niti, atque ipsa diligenter citare," refert Victorius in Praef. p. 3. Ego hos interpretes ab illo diserte memoratos non inveni; sunt quidem nonnulla utrisque communia (cf. e. g. Schol. *Γ.* ad Prom. 10, et Eustath. ad Il. p. 29. 35, Schol. B. ad Prom. 365, et Eust. l. l. p. 16. 40), sed talia in omnibus paene grammaticorum scriptis animadvertas. Quae Suidas v. *λεωργὸς* et *παγὰς* habet fortasse ex annotatione Scholiastae ad Prom. v. 7, et ad Agam. 822. hausta sunt.

Rarissime, quid antiquioribus debeant grammaticis, scholiastae referunt. Schol. ad Eum. 184. *λευσμὸν] κακῶν ἄθροισιν ἢ λευκοβολίαν. Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα*, quae perturbata sunt et corrupta, duabus glossis male permixtis. Scribendum *λευσμὸν] λιθοβολίαν. Ἀκρωνία] κακῶν ἄθροισις. Ἡρ. κ. τ. λ.*, quae ex Herodiani glossario petita videntur. *Dio* quidam laudatur a Schol. A. ad Pers. 909. (Stanl.

πολέμοισι δμαθέντες) Δίων, δμαθέντες (sic Blomf. pro vulg. *ἅμα θέντες*). Sed quum haec in utroque Vossiano desiderentur, neque Dio ullus innotuerit, qui tragicos emendaverit vel explicuerit, non nimium his tribuendum, quum praesertim illa verba a reliquis separata facile corrumpi potuerint. Argumento Eumenidum in editione Turnebi, fortasse etiam in Aldina, praescriptum *ὑπόθεσις Ἀριστοφάνους*. *Glaucus ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων* laudatur initio argumenti Persarum. *Οἱ ὑπομνηματισάμενοι* iu Voss. 2. ad Pers. init. *οἱ ὑπομνηματισάμενοί* (MS. *ἀπομν.*) *φασιν ὅτι ἑαυτοὺς λέγουσι πιστώματα Περσῶν οἱ ἀπὸ τοῦ χόρου.* Denique ex didascaliis petita sunt, quae leguntur ibidem p. 308, l. 15 (Well.) et in argumento Agamemnonis. — Allegoricae interpretationis multa sunt in Prometheo vestigia. Cf. Schol. A. ad Prom. 14, 18, 42, 120, 253, Schol. Faehs. ad 110, 309, 347, 428, 451, 637, et quae infra p. 40. attuli. Voss. 1. ad v. 120. (cf. Cobet. l. l.) *οὕτως ἀληθὴς ἔχει λόγος· ἄνθρωπος ἦν (ὁ Προμ.), σοφὸς δὲ ὢν εἰς παιδείαν μετέπλασε τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ Πλάτων ἐν τῇ παπαλαιᾷ κωμῳδίᾳ φησὶν ἐν Σοφισταῖς·*

Προμηθεὺς [γάρ] ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

Schol. Apoll. Rhod. II. 1252. *Θεόφραστος* (quem constat librum scripsisse *πρὸς Αἰσχύλον*, cf. Diog. Laërt. V. 49) *δὲ τὸν Προμηθέα φησὶ σοφὸν γενόμενον, μεταδοῦναι πρῶτον τοῖς ἀνθρώποις φιλοσοφίας, ὅθεν καὶ διαδοθῆναι τὸν μῦθον ὡς ἄρα πυρὸς μεταδοίη.* Christianum hominem produnt schol. Ag. 167. *Τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ· Ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ καὶ εὐφράνθην* (Psalm XV. 8, 9?). Schol. Voss. 1. ad Prom. 986. *παῖς γὰρ λέ-*

γεται καὶ ὁ νέος, παῖς δὲ καὶ δοῦλος, ὡς τὸ· ὀφθαλμοὶ παιδίσκης ἤγουν δούλης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς (Psalm CXXII. 2). Verum haec a scriba adiecta esse possunt, allegorica vero interpretatio tot nacta est sectatores, (cf. Gräfenhan, *Gesch. der klassichen Philol. im Alterthum*, vol. II, p. 28, sqq.) atque in fabula Promethei tam largam habuit materiem, in qua periclitaretur, ut hinc non multum efficere liceat. Scriptores ad quod interpretes provocant (indicem confecit Stanl. vol. II, p. 1130, Pauw; add. *Stesichorum* ad Choeph. 728, *Hellanicum* ad Pers. 719) partim ad Alexandrinorum, partim ad remotiora tempora pertinent. Sed ubique pauca verba, saepe nomen tantum poëtae aut historici laudatur, unde paene credas, haustas esse has auctoritates ex uberiori commentario, in quo plenius loci illi relati fuerint.

Exstitisse tamen et fortasse adhuc exstare interpretationes, scholiastis nostris non usurpatas, docere possunt hi loci. Triclin. ad Soph. Oed. Tyr. 21, *ὅπως δ' ἐποίουν τὴν μαντείαν διὰ πυρὸς, ἐν Αἰσχύλῳ ἐῤῥέθη εἰς τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις*, ubi tamen fortasse pro *διὰ πυρὸς* legendum est *δι' ἀπύρων*; cf. Sept. 25. Idem ib. v. 872. *ἰστέον δὲ ὅτι τινὲς ἀγνοοῦντες, οὐρανίας αἰθέρος λέγουσι διὰ τὸ ΔΙΑ· τὸ δ' ἔστιν ὅμοιον τῷ παρ' Αἰσχύλῳ* (*Ἑπτ. ἐ. Θ.* 187) *»ἱππικῶν τ' ἀύπνων πηδαλίων διὰ στόμα.“ Ἔφαμεν δ' ἐκεῖ τὸν περὶ τούτου λόγον.* Id. ad Ant. 1009. *ὅτι μετὰ τῶν μηρῶν καὶ τὴν χολὴν τοῦ ζώου καὶ τὴν κύστιν παρετίθουν, ἀκριβῶς ἐν Αἰσχύλῳ εἴπομεν εἰς τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.* (cf. Valck. ad Phoen. 1261) Fortasse haec

in libro Farnesiano (hodie Neapolitano) qui Triclinii recensionem continet, inveniuntur, in nostris scholiis non comparent. Scholion ex codice quodam Florentino, alibi non editum affert Stephanus, ap. Vict. p. 387. — Hesysch. v. ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς πηγὴν (Prom. 109. sq.)] τὴν ἐν νάρθηκι θησαυρισθεῖσαν· παρόσον τῷ νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρήσεις τοῦ πυρὸς, ὅθεν καὶ τῷ Διονύσῳ οἰκείωσαν αὐτὸν, διά τε τὰς ἐν ταῖς θοίναις τῶν δένδρων ἁφὰς, καὶ διότι θερμός ἐστι φύσει ὁ οἶνος, ἢ πυρώδης. „Οἶνος τῷ (malim οἶνός τοι, ut est apud Athen. II. p. 36. F.; Stob. Serm. XVIII, p. 163. Gesn. οἶνός τε) πυρὶ ἶσον ἔχει μένος." Ἐρατοσθένης. Horum nihil est in interpretatione, quae hodieque exstat.

Mirum omnino est, Aristarchi aliorumque magni nominis grammaticorum qui Aeschylum opera suo illustrarunt (cf. Richter, *de Aesch., Soph., Eurip. interpretibus Graecis*, Berol. 1839, cap. 2-4; add. Glaucum modo laud.) tam raram superesse in scholiis nostris mentionem, quum praesertim scholia Medicei, quantum quidem e laudato specimine efficere licet, antiquum doctumque grammaticum non dedeceant. Quare non absurdum fuerit, statuere, operam quam Didymus Sophocli aliisque poëtis praestiterit, ut varias explicationes in compendium redigeret, in Aeschylum non fuisse impensam, certe nostris scholiastis fuisse ignotam. Nam ei demum, qui ex pluribus commentariis annotationem suam componit, nisi impudenter aliorum inventis tanquam suis uti velit, auctores citandi sunt; scribae non necesse habebant lectores

monere a quo annotatio, cui sua interposito ἄλλως assuebant, composita esset [1]).

Itaque, ut brevi quae adhuc disputata sunt, repetam, coniicio (nihil enim me pro certo affirmare posse, intelligo), fundamentum scholiorum esse unius antiqui grammatici commentarium, qui paulatim a librariis decurtatus sit et contractus; hinc exstitisse scholia Medicei, quae rursus a grammaticis Byzantinis in discipulorum usum amplificata videntur. Ex hac ampliore annotatione (Schol. A) qua Orestia et Supplices carent, petita alterius interpretis scholia (Schol. B).

Quo magis autem constat, Scholiasten B non alios quam prioris interpretis commentarios secutum esse, eo maioris momenti est, quae de libris MSS. a se usurpatis referat, colligere. Ad Pers. 185 (186) τοὐτω (*duae feminae*) στάσιν — τεύχειν ἐν ἀλλήλῃσι haec habet: τὸ ἀλλήλοις ἀρσενικῶς πρὸς τούτω (vulg. τοῦτο) ἀπέδωκεν. Οὕτως γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς παλαιοῖς βιβλίοις εὕρηται (vulgo εἴρηται) διὰ τῆς Ο [καὶ] Ι διφθόγγου γραφόμενον. Ad v. 629 (637) eiusd. fab. (παντάλαν' ἄχη διαβοάσω) παντάλαιν' dicit εὑρῆσθαι ἐν πολλοῖς καὶ καλοῖς βιβλίοις. Ad Sept. 958

1) Richterus, l. l. p. 90, quo auctore referat Didymum *omnes* Tragicos commentatum esse, nescio. Sed coniecturae eum saepe nimis indulgere, perspicias ex p. 69, ubi, Aristophanes, inquit, «*procul dubio* argumenti Promethei auctor est;" similiter reliqua argumenta ad Aschyli fabulas illi adscribit; at inde, quod Aristophanem argumenta in tragicos scripsisse constat, profecto non sequitur, illa argumenta, quae huius nomen praescriptum non habeant, eidem esse tribuenda. Nihilominus Richterus p. 71 *certum* esse dicit, Aristophanem, «qui tam sedulo fabularum Aeschylearum argumenta enarraverit, eundem et ipsa poëtae verba accurate tractasse et explicuisse."

(953 ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν): εὕρηται δὲ καὶ ἐν παλαιῷ βιβλίῳ· ἀχέω (vulgo ἀχέων) τάδ' ἐγγύθεν, ἤγουν ἐκ τοῦ πλησίον ταῦτα θρηνῶ. Itaque testatur se pluribus bonis et antiquis codicibus usum esse. At his quidem locis illi libri mendosi erant; quare non magni facio illud de MSS. antiquitate et pretio iudicium. Ac paucis eum codicibus usum esse, probabile est propterea, quod Pers. 185 corruptam lectionem ἀλλήλοισι, quam quatuor tantum nostrorum librorum tuentur, in omnibus suis inveniri affirmat. Alibi, veluti Pers. 295. lectionis varietatem ex priori interprete repetiit.

Verum melius de fontibus textus scholiastarum iudicari poterit e varietate lectionis, quae ex interpretatione eruitur. In quo non parum proficit, quod interpretes vulgo verbum verbo reddunt. Cautione tamen esse utendum, ne, sicubi vocabulum in explicatione omissum sit, continuo de varietate lectionis cogitemus, item ne obscuris aut corruptis scholiis nimis confidamus, denique ne obliviscamur, multa Scholiastarum negligentiae et posse et debere tribui, non est, quod nunc moneam; etenim istiusmodi disputationes, nisi exempla afferantur, inanes plerumque sunt; quare malo haec ad singulorum locorum tractationem differre.

Lemmatum — haec enim in Scholiastae lectione indaganda alterum tenent locum — in Aeschylo quidem perexigua est auctoritas. Nam scholiis prioris interpretis plerumque verba ex editione Victorii praeposita sunt; Vorsiani raro in varia lectione lemmatum consentiunt. Alter autem scholiastes ubique fere fontem,

unde fluxit (Arundelianum) refert; a quo ubi recedit, correctoris manum agnoscas. Sic in Prom. v. 1-600, v. 3. Ar. ἐπιστολὰς, lemma Schol. B. ἐπιστολὰς, mutatum propter interpretationem; 97. Ar. ἀεικεῖν, l. B. ἀεικῆ; 116. Ar. κεκραμμένη, l. B. κεκραμένη; 219. Ar. μελαμβαθὴς, l. B. μελαμβαθὺς; 489. Ar. εὐωνύμους l. B. εὐώνυμοι; 590. Ar. φθέγματα, l. B. πρόςφθεγμα; reliquis locis, ubi Arundeliani lectio enotata, nulla erat varietas 1).

Denique non omittendum glossas poëtae verbis adscriptas a librariis interdum pro variis lectionibus habitas esse. Sic Schol. A. ad Prom. 271 (τὰς προσερπούσας τύχας ἀκούσατε) γέγραπται δὲ καὶ βλάβας ἀντὶ τοῦ τύχας, de quibus cf. infra p. 27; id. ad 1007. (ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν) γράφεται· ἀλλ' ἐρεῖν μάτην; ad Choeph. 160. σχέδια] γράφεται ἕτοιμα. Vide Wolff. *de Scholiis Laurent.* p. 207, sqq.

Haec universe praemonenda videbantur; nunc ad singulos tragoediarum locos accedamus.

---

1) Similitudo quae est inter codices Arundelianum et Oxoniensem, vitiumque typographi in editione Pauwii fecerunt, ut Schol. B. ex Oxoniensi editum putarem, indeque lemmatum maiorem auctoritatem existimarem, ubi lectionem praeberent ab Oxoniensi diversam. Errorem comperi expressis iam aliquot plagulis, monitus ab Elmsleio, in Ed. Prometh. Blomf. Lips. p. 166, nota. Quum enim in Stanleii praefatione sub fin. legatur: Adhaec, Tragoedias priores cum duobus Codd. MSS. contulimus, quorum unus inter κειμήλια Barociana in [Bibliotheca Bodleiana conservatus; alterum e] Bibliotheca Arundeliana communicavit magnus noster Seldenus" — verba uncis inclusa in Pauwii editione omissa sunt. Hinc corrigenda, quae ad Prom. 384, 577, 665 annotavi. — Idem vitium imposuit Graefenhanio in Iahni et Klotzii Annalibus, supplem. vol. XI. p. 70, not. 18.

DE

VARIIS LECTIONIBUS

IN

PROMETHEO VINCTO.

6. Ex scholiis *B.* et *Γ.* ad h. l. apparet, antiquos quoque interpretes in libris suis habuisse: *ἀδαμαντίνοις πέδησιν, ἀῤῥήκτοις πέτραις.* Eius lectionis patrocinium nuper suscepit F. Wieseler, in *Adversariis in Aesch. Prom. V. et Aristoph. Aves* (Gott. 1843), p. 3, sq., qui, vocula *ἐν* nonnullorum librorum auctoritate recepta, sic legit:

ἀδαμαντίναις πέδαις ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις,

ut Robur dicat, Prometheum firmissimo vinculo ad rupem alligandum esse, ita, ut ipsa rupe infragili constrictus teneatur; h. e. ut saxum Prometheo quasi vinculum sit; atque hanc in partem, praeter locum Achillis Tatii, III. 8. *δέδεται* (in imagine quadam) *ὁ Προμηθεὺς σιδήρῳ καὶ πέτρᾳ,* affert huius fabulae v. 561, ubi Prometheus dicitur *χαλινοῖς ἐν πετρίνοισι χειμάζεσθαι.* Et sic Titanem rupi affixum nonnullos inter antiquos sibi informasse, apparet ex imagine, quam

edidit Geppertus, ad calcem libri, cui titulus: *Die Altgriechische Bühne.* Sed hoc nihil ad nostram fabulam, in qua tam accurate describitur, quomodo deinceps manus, pectus, latera, crura, pedes ligentur, ut mirum foret, si illa res non magis perspicue esset significata. Praeterea eiusdem vocabuli (*πέτραις*) iteratio, verbaque illa similiter cadentia adeo ingrata sunt et ab hoc loco aliena, ut haud dubitem, quin vulgata lectio, quam Aristophanis interpreti (ad Ran. 827.) debemus, longe sit praeferenda. In qua quod per abundantiam genitivus *δεσμῶν* adiicitur, tantum abest, ut offendat, ut multo magis genuinam Aeschyli manum referre videatur. Supra v. 1: *χθονὸς πέδον*. Pers. 480: *γῆς πέδον*. Sept. 286. Suppl. 257: *χώρας πέδον*. Eum. 976: *φέγγη λαμπάδων σελασφόρων*. Pers. 535: *λέκτρων εὐναί*. Ag. 931: *δόμων μέλαθρα*. Prom. 1022: *μακρὸν μῆκος χρόνου*. 807: *νᾶμα Πλούτωνος πόρου*. Sept. 528: *κελεύθου πόρος*. Eum. 283: *Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου*, ubi tamen *γεν. πόρου* per epexegesin additum videtur. Sept. 188: *πηδαλίων διαστόμια πυριγενετᾶν χαλινῶν*. ib. 540: *οὐδ' εἰςαμεῖψαι θηρὸς ἐχθίστου δάκους εἰκὼ φέροντα*, ubi, si locus sanus est 1), vocabula *ἐχθίστου δάκους* coniungenda videntur, a quibus pendeat *θηρός*. Cf. Eur. Hipp. 651. *δάκη θηρῶν*, Cycl. 325. *θήρειον δάκος*. — Librorum et Scholiastae lectio nostro loco inde nata est, quod *πέτραις* e

---

1) Suspicabar excidisse obiectum post *εἰςαμεῖψαι*, eiusque loco *θηρὸς* esse positum, hoc modo: *οὐδ' εἰςαμεῖψαι τεῖχος ἐχθίστου δάκους εἰκὼ φέροντα.*

v. 4. male huc translatum erat; quo facto δεσμῶν lectioni supra scriptae πέδαις locum cessit. Vocabula in fine versuum vicinorum interdum male permutata esse, constat cum aliunde, tum ex Eur. Phoen. v. 648, sqq., ubi olim legebatur:

ἵνα τε
νοτὶς ἐπέρχεται γύας
Δίρκας χλοηφόρους
καὶ βαθυσπόρους γύας,

nunc posterius γύας recte eiectum est. Eodem modo corruptus est Ag. v. 1189, ubi numerus coniecturarum facile posset augeri, et Sept. v. 376, de quo infra videndum erit.

14. Συγγενῆ θέον] A. τὸν ἀπὸ μιᾶς ὁρμώμενον τέχνης. Ne quis de varia lectione cogitet, cf. Schol. A. ad v. 39, sub finem, et Schol. Faehs. ad v. 309. Nimirum, ut hanc συγγενείαν interpretarentur, antiqui magistri ad allegoriam confugiebant, qua tamen opus non erat. Nam Japetus, Promethei pater, frater erat Croni, qui Vulcani avus habebatur. cf. Stanl. ad h. l., Abresch. ad v. 39.

15. Δῆσαι βίᾳ] Γ. περιφραστικῶς. Legit ergo συγγενῆ θεοῦ βίαν vel συγγενοῦς θεοῦ βίαν. Quorum illud tum propter rationes palaeographicas praeferendum est, tum quia in periphrasi, quae fit nominibus βία, ἴς, μένος, κάρα, σῶμα (Brunck. ad Soph. O. T. 643, cf. Ai. 745.), δέμας (Schol. A. ad 353. infra, sub f.), χρῆμα, πέδον, et similibus, adiectivum primario plerumque nomini accommodatur; cuius rei ratio est, quod ambo illa vocabula unam tantum notionem ani-

mo repraesentant. cf. Lob. Ai. p. 73, inf. Sic Aeschylus Choeph. 880. *φίλτατ' Αἰγίσθου βία*, adiectivum retulit ad *βία*, quia verbis *Αἰγ. βία* nihil aliud significatur, quam simplici *Αἴγισθε* 1). Sed quae dicuntur epitheta perpetua in tali circumscriptione suo etiam nomini iunguntur, ut *βίη Διομήδεος ἱπποδάμοιο*; ubi plura adiectiva adduntur, interdum 2) partim cum nomine primario, partim cum genitivo construuntur. Sic Soph. Ai. 846. *γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον*; cf. praeterea quae affert Lob. Ai. p. 129. Ab his vero si discesseris, ubique invenies constructionem, qualis est in verbis *κλεινὸν Οἰδίπου κάρα*. Sed, ut illuc redeam, lectioni *θεοῦ-βίαν* collocatio verborum h. l. minus favet.

25. In lemmate schol. B. *πάχνην δ' ἑῴαν* pro *θ' ἑῴαν* male irrepsit in editiones Schutzii et Hauptii. *Τέ* simpliciter iungit; quod si scribitur, minor distinctio post *φάος* ponenda est. Hoc modo quum *ἡ ποικιλείμων* — et *πάχνην ἑῴαν* — arcte consocientur, et quasi in unum coalescant, clarius apparet *ἀσμένῳ σοι* ad utrumque membrum esse referendum. Contra verbis sibi invicem particula *δέ* oppositis, maior sententiae emphasis est, et poëtam hoc loco noctem et diem opponere voluisse, probabile fit ex adiecto *πάλιν*. Omnino poetae saepe *δέ* usurpant, ubi prima specie *τέ* requiras. Noster Sept. 215. *Διὰ θεῶν πόλιν*

1) Eadem de causa adiect. masc. genere ponitur. cf. Eur. ap. Suid. (v. *χαίρω*) *βέλτιστ' Ἀλκμήνης τέκος*.

2) Cf. enim Elmsl. Heracl. 750.

νεμόμεθ' ἀδάματον, Δυσμενέων δ'ὄχλον πύργος ἀποστέγει, ubi quum *διὰ θεῶν* etiam ad *ἀποστέγει* pertineat, non mirer, si quis praeferat *τέ*; sed opponuntur civitas et hostes. Infra v. 125. *τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω Πέλας οἰώνων; αἰθὴρ δ'ἐλαφραῖς Πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει*, opponuntur alarum aërisque vibrati sonitus. — Neque offendere debet hoc loco *δέ* saepius repetitum esse. Cf. si tanti est, Sept. 443, Ag. 438, Choeph. 133, 934. Il. I. 43. Sensus autem hic est: doloribus agitatus interdiu optabis, ut nox lucem abscondat, noctu ut sol pruinam dispellat, i. e. dies aeque ac noctes tibi intolerabiles erunt. His contiguum *ἀεὶ δέ* non spectat praegressum *noctu et interdiu*, sed indicat diuturnitatem cruciatus; quod apparet ex iis, quae subiiciuntur *ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω*, a Schoemanno optime sic explicata: nam his malis qui te liberet (si tamen erit aliquis,) nemo adhuc natus est.

30. *Πέραν δίκης*, quod legit Schol B, improbandum est. Sensu translato *πέρα*, non *πέραν*, usurpatum videtur. cf. Herm. ad Soph. O. C. 885.

49. *Ἄπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν*. Schol. A. *τινές φασιν οὕτω· πάντα ἐκ μοιρῶν δέδοται τοῖς θεοῖς πλὴν τοῦ ἄρχειν*. Illo *τινὲς* vulgo intelliguntur antiquiores interpretes, quos, ut Abreschio visum (p. 10), *ἐπρώθη*, formam nusquam obviam pro *πεπρωμένον ἐστὶ* legisse, vix credibile est. Voss. 1. post nonnulla verba partim vetustate deleta habet: *ἅπαντα, φησίν, ἐτάχθησαν καὶ ὡρίσθησαν ὑπὸ τῶν μοιρῶν, πλὴν τοῦ κοιρανεῖν τῶν θεῶν, ἤγουν ἄρχειν αὐτῶν.* Manifesto

haec interpretatio pertinet ad antiquam lectionem *ἐτάχθη*, quod nonnulli pro *διετάχθη* positum existimabant, ut apparet ex Schol. B. (l. 5): *ἅπαντα δέδοται τοῖς θεοῖς, ὅπλα μὲν Ἄρει, Ἀρτέμιδι δὲ τόξα, Ἀπόλλωνι δὲ μουσική, σοὶ δὲ ἣν ἔχεις τέχνην, καὶ ἕτερα ἑτέροις· τὸ δὲ βασιλεύειν μόνος ὁ Ζεὺς ἐκληρώσατο.* (cf. Callim. Hymn. in Jov. 76, sqq. Hes. Theog. 94.) Schol. A. *ἐτάχθη* de fatali necessitate intelligens exponit *δέδοται ἐκ μοιρῶν.* Denique Schol. *Γ*, qui (l. 3, sqq.) male *πλὴν* pro *ὅμως* dictum putat, ut sensus sit: » omnia fato constituuntur, dummodo imperium penes deos sit" (qua ratione certe *πλὴν θεῶν τὸ κ.*, scriptum esse oportebat) utitur verbo *ὁρίζειν*, quod (monente Haupt. p. 130, cf. Aesch. ap. Athen. p. 11. D.) alibi ab eodem per *τάσσειν* exponitur. Accedit, quod *τάσσειν* et *πράσσειν* in MSS. confusa inveniuntur. cf. Steph. Thes. p. 9053, ed. Lond. Quocirca certum paene puto *ἐπράχθη* pro *ἐτάχθη* substitutum esse, locumque antiquitus sic fuisse scriptum:

ἅπαντ' ἐτάχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.

Τάσσειν τινί τι significat *ex ordine dare*, *concedere*, ut apud Pindarum, Ol. II. 28, sq. *λέγοντι βίοτον ἄφθιτον Ἰνοῖ τετάχθαι.* Non autem de Parcis hoc dictum videtur, sed de Jove munera et honores diis distribuenti (cf. v. 229), quare dii hoc loco intelliguntur Jovis imperio subiecti. *Θεοῖσι* est dativus pendens ab *ἐτάχθη.* Simile hyperbati exemplum affert Schutz. Eur. fragm. inc. CIV. (Theoph. ad Autolyc. l. II. p. 353. G.) *οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ.* Cf. idem ap. Stob. Ecl. Phys. I. p. 36, 17 (Heeren). Igitur vertendum est:

» Quaevis data sunt diis, praeter liberum agendi arbitrium; liber enim, excepto Jove, nemo est.” Subest huic dicto insolens derisio a Roboris persona non aliena. cf. ad v. 87.

84. A. ad 82, l. 4. πῶς δύνανταί σε οἱ ἄνθρωποι ἐλευθερῶσαι τούτων τῶν δεσμῶν; (Pro πῶς Par. B. et Voss. 1. τί). Non videtur legisse ἀπαλλάξαι, quae nonnullorum librorum lectio est; potius hoc ex istiusmodi interpretatione natum est, quam contra. cf. B. ad 84.

87. Τέχνης h. l. agnoscit Schol. *B.* et *Γ*. ad v. 16, explicans τοῦ τεχνηέντως κατεσκευασμένου δεσμοῦ. Amara in hoc verbo inest irrisio artis, qua pollebat Prometheus; item in v. 62. ἵνα μάθῃ σοφιστὴς ὢν Διὸς νωθέστερος, *ut discat, se artificem esse Jove minorem.* (σοφιστὴς in quavis arte excellentium olim fuit honesta appellatio. Valcken. ad Hipp. v. 921.) cf. infra v. 946, 468.

114. Voss. 1. in lemmate ἅ, ἔα, τίς ἀχ.

122. *B.* εἰςιχνεῦσι. *Γ.* εἰςοιχνεῦσι, ἀπὸ τοῦ οἴχω οἰχνῶ, ὥσπερ καὶ ἵκω ἱκνῶ (ἱκνέομαι). Ex postremo verbo, tenui in aspiratam mutata, facile illud εἰςιχν. oriri potuit. Ab ἴχνος formatur ἰχνεύω; contra ἰχνέω auctoritate destitutum videtur; nam apud Pindarum quoque Pyth. VIII. 35. libri ἰχνεύω habent. Cf. Hom. Od. VI. 157. τοιόνδε θάλος (Nausicaam) χορὸν εἰςοιχνεῦσαν, et alibi.

133. Schol. B. διῆξεν] διῆλθεν. Similiter infra ad v. 145. προςῆξε (v. προςῇξε)] προςῆλθε. Abreschio ad h. l. aoristum ἦξα (ab ἥκω) defendenti, nemo hodie

assentietur; nam plerisque quos affert locis forma illa ἦξα significaret: *celeriter pervenire*, *permanare*, ut h. l. coll. προσέπτα v. 115, vel (ἐπί τι) *aliquid cum studio aggredi*, *arripere*. Quae significatio magis convenit τῷ ᾄσσειν. — Infra v. 839.

Ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
Κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,

uterque Scholiastes (ad v. 837) legit ἦξας, sed ᾄσσειν aptissimum est incitato Iûs cursui. MSS. hac in re exigua est auctoritas; saepe enim librarii iota adscriptum omiserunt. In Agam. v. 77, ubi libri habent ἀνάσσων, Hermannus ad Arist. Nub. 996. recte emendavit:

ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
ἐντὸς ἀνᾴσσων
ἰσόπρεσβυς.

cf. Hom. Il. XV. 80. ὡς δ' ὅτ' ἀναΐξῃ νόος ἀνέρος, ubi Wolf. substituit ἂν ἀΐξῃ, obloquente Thierschio, Gr. § 322. 5. b. Alia exempla affert Herm. l. l. Fragmentum Anacreontis, quod nobis servavit Max. Tyr. VIII. p. 96. (fragm. 44. Bergk), certissima coniectura sanavit Valcken. ad Phoen. 1388, scribendo χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, pro eo, quod vulgo legebatur διδῶ, nulla paene mutatione (ΑΙΔΩ, ΔΙΔΩ.) Cf. idem ad Schol. v. 1123. n. 58. In Persis v. 96. Wellauerus edidit:

τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πηδή-
ματος εὐπετέος ἀνάσσων,

quod si, ut videtur, exigendum est ad γλώσσης κρατεῖν, πόδα νωμᾶν, significabit, vel *inhibere levem saltum* vel *regere*, *dirigere*, *quo velit*. Sensus postulat ἀνᾴσσων: Quis est, qui celeri pede, levi saltu exsiliat,

nimirum ex pernicioso reti. Hoc tamen, e sequentibus demum supplendum, obscurius est omissum, contra πηδήματος εὐπετέος, quod idem significat ac praecedens κραιπνῷ ποδὶ, abundat. Haec qui mecum sentit, videat num duabus literis expunctis malit legere:

— τίς ὁ κραιπνῷ
ποδὶ πήματος εὐπετῶς ἀνάσσων;

Quis est, qui levi pede e noxa celeriter exsiliat? Εὐπετέως habent duo libri; trisyllabum propter metrum propemodum necessarium est 1); de ἀνάσσειν cum genitivo cf., si tanti est, Hom. Il. XXII. 148, Eur. Iph. T. 316. Imago, quae hoc loco proponitur, Aeschylo frequens est. Prom. 263. ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, Eum. 112, 142, Ag. 1348. Πῶς τις - πημονὴν ἀρκύστατον φράξειεν, ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος, Choeph. 686, Ag. 1087, Choeph. 994, Sept. 589. cf. Blomf. ad Prom. 98, 102.

134. Vera lectio θεμερῶπιν est in lemmate Schol. A, quod Robortellianis addidit Victorius e MS, ut opinor; nam e Par. B. idem enotavit Faehsius; alteram lectionem θερμερῶπιν, quia interpretatu facilior videbatur, arripuit Scholiastes, eaque hodie in omnibus MSS. est. Sed Hesychius affert θεμερόπις] ἐρασμία, ἀγχόνη, quod alii aliter corrigunt. Pro ἐρασμία legendum videtur σεβασμία, nam σ excidit, praecedenti vocabulo in eandem literam exeunte; pro ἀγχόνη proxime ad

---

1) Lectione εὐπετῶς probata, si ποδὶ πή-ad priorem versum referas (ut ille sit ionicus dim. catal. cf. v. 101), alter erit dim. ion. cum anacl., sin eas syllabas alteri iungas, numeros eosdem, atque infra v. 545. habebis, Phalaeceum hendecasyllabum.

literarum ductum accedit *αἰσχύνη*. Idem paulo ante *θέμερον* (l. *θεμερὸν*)] *σεμνόν*, *ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι θεμερύνεσθαι*. Ergo in illo loco legendum: *θεμερῶπις*] *σεβασμία αἰσχύνη*, estque haec glossa sumta ex annotatione quadam ad h. l., qua explicatur *θεμ. αἰδώς*. *Θεμερῶπις* ante Aeschylum iam usurpaverat Empedocles, vs. 25. Karstenius ib. v. 129, p. 206. *θεμερὸς* natum putat ex *ἥμερος*, ut *θαμὰ* ex *ἅμα*, *θόρω*, *θόρνυμι* ex *ὄρω*, *ὄρνυμι*; contra Lobeckius, Pathol. p. 261. *θεμερὸς* a *τίθημι* ducit, et ad significationem confert *εὔθετος*, *εὐθήμων*, Latinorum *compositus*, a quo non multum distat Hesychii *σεμνόν*. Quidquid est, terminatio-*ῶπις* hic non magis premenda est, quam in *κελαινώπης θυμὸς*, apud Soph. Ai. 934, *αἴθοψ ἀνὴρ*, ib. 221 (cf. Sept. 431. *αἴθων*), *δολῶπις*, Soph. Trach. 1039, reliquisque, quae affert Lob. Ai. v. 955, p. 411, et omnibus adiectivis, quae in-*ώδης*, (ab *εἶδος*) exeunt.

136. Schol. in Paris. *γράφεται αἶ καὶ φεῦ*. Facile apparet, unde illud natum sit. Nam lemmate *αἶ*, *αἶ* forte omisso, librarius *φεῦ*, *φεῦ*, quae ad explicationem posita erant (cf. A. ad h. l.), pro lemmate, adeoque pro verbis poëtae habuit. Reisigius tamen hic *φεῦ*, *φεῦ* legendum esse putat. Cf. Well. Add. ad v. 98.

143. B. *φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω*] *οἴκησιν κακὴν*, *ἣν οὐδεὶς ζηλώσει*, *φυλάξω*. Scholiasten legisse *οἰκήσω* putat Huëtius apud Faehs. Male, ut mihi videtur. *Ὀχήσω* explicatur per *φυλάξω*.

144. Olim lectum fuisse *λεύσσω*, *Προμ. φοβερὰ*, *ἐμοῖσι δ'ὄσσοις*, apparet non tantum ex interpretatione Schol. A, sed etiam ex iis, quae habet *Γ*: *τὸ* (*ὁ*?) *δὲ*

ἀντὶ τοῦ γάρ, ἵν' ᾖ τὸ ἑξῆς, οὕτως· εἰσῆλθε γὰρ τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς νεφέλη πλήρης δακρύων. Ea lectio requirit, ut versus cum Blomf. sic distribuantur:

λεύσσω, Προμηθεῦ, φοβερὰ,
ἐμοῖσι δ' ὄσσοις ὀμίχλα —

Pro altera lectione facit, quod hac distributione nonnihil de suavitate numerorum detrahitur, et metrum, praesertim in stropha, concitatius est, quam consolantis orationem decet. Cf. Schoem. ad vs. 128. Sunt haec quidem talia, quae non ad assensum cogant; si tamen eligendum est, vulgatam praefero. Interpretis lectio e correctione nata esse potest. Nam si quis, quod per se non absonum est, ὀμίχλη πλήρης δακρύων pro simplici ὀμίχλη δακρύων accepisset (cf. γυναικοπληθὴς ὅμιλος, Pers. 121, ξύλλογοι γυναικοπληθεῖς, Alc. 951), fieri non poterat, quin in vocabulo φοβερὰ offenderet. Vertendum enim esse *ex horrore coorta*, nemo, opinor, Wellauero assentietur. *Nebula* significat dolorem ex adspectu Promethei susceptum, isque *cum horrore coniunctus* est, et *densus lacrimis*, sive lacrimas ciens. Ad imaginem, quam hoc loco usurpavit poeta, illustrandam cf. praecipue Ant. 522. *Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη, — Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν Ῥέθος αἰσχύνει, Τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.* Pers. 656. *Στυγία γάρ τις ἐπ' ἀχλὺς πεπόταται.* Hipp. 173. *Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται.* Sept. 209. cf. etiam Horat. Epist. I. 18, ibique Orellium. *Πλήρης* similiter ut hic usurpatur Hec. 227. *παρέστηκ', ὡς ἔοικ', ἀγὼν μέγας, Πλήρης στεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενός.*

Quod Schol. B. ad v. 146. affert εἰςιδοῦσι e correctione natum videtur. Recte enim idem τὸ δὲ εἰςιδούσῃ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Τὸ γὰρ προςῆλθε τοῖς ἐμοῖς ὅσσοις οὐκ ἔστιν ἕτερον ἢ ἐμοί. Constructio contraria est ei, quam dicunt καθ' ὅλον καὶ μέρος.

155. A. ad 152. ὡς μήτε θεὸς] καλῶς οὐκ ἐπήνεγκε μήτε τις ἄνθρωπος. Reisigius (quem sequitur Haupt.) hinc efficit verba μήτε τις ἄλλος spuria esse, neque a Scholiaste lecta; verba illa nata esse ex glossa μήτε τις ἄνος (i. e. ἄνθρωπος). Vereor, ut recte; potius hoc dicit interpres, recte poëtam hominum mentionem non facere, sed universe loqui *neve alius quis*. Schol. certe Vossianus ea legit, quum haec annotet: ὅπως μὴ ἐπιχαίροι (scriptum est ὅμως μὴ ἐπιχαίρω τοῖς) οἷς πάσχω κακοῖς ὁρῶν με μήτε τις θεὸς μήτε τις ἄλλος. Frustra autem quaesiverunt interpretes, qui tandem his verbis significentur; poëta tantum maiore vi enuntiare voluit, in Orco neminem omnino malis Promethei gavisurum fuisse, ac si dixisset: *et si quis est alius praeter deos*. Eodem modo Sept. v. 178. Eteocles:

Κεἰ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται
Ἀνὴρ γύνη τε, χὤ τι τῶν μεταίχμιον,

ubi recte Schol. B. Τοῦτο δέ φησιν, οὐχ ὅτι ἐστι τι γένος ἀνδρῶν μεταξὺ καὶ γυναικῶν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸ τῆς προςταγῆς ἀκριβές. Cf. Schol. A. ib. et fragm. Aesch. 295. Dind.

Ζεύς ἐστιν αἰθὴρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανος·
Ζεύς τοι τὰ πάντα, χὤ τι τῶνδ' (τῶν?) ὑπέρτερον,

ubi nolim quaerere, quid sit, quod universa rerum natura maius, nec tamen Deus ipse sit. Ceterum versus

hi Euripidis quam Aeschyli rationi similiores videntur. Quare Blomf. pro *τοι τὰ* maluerit *ταῦτα*, non intelligo.

168. A. ad 167. *ὁ Ζεὺς, καίτοι αἰκιζόμενός με, ἤγουν δεσμῶν, ἰσχυραῖς γυιοπέδαις* (editur hic et in lemm. Schol. B. ad 168. *γυοπ.*, male intellecto scripturae compendio) — *ἢ αἰκιζομένου ἐμοῦ παρ᾽ ἐκείνου.* Prior explicatio nititur lectione *αἰκιζόμενος. Αἰκίζεσθαι* passiva vi dictum rarius est, et alibi Aeschylus illud activa significatione posuit; quae tamen ratio ad debilitandam vulgatae lectionis auctoritatem non satis valet. *Αἰκιζομένου* mihi preeferendum videtur, tam ob structurae concinnitatem, oppositis inter se Prometheo ignominiose vincto et potenti deorum rege, quam ob *παρίσωσιν* quae in vulgata est. Eam figuram Homerum quoque passim sectatum esse putant (cf. Dammii lex. Hom. Pind. p. 1349, ed. Lips.) sed in illo pleraque huius generis fortuita videntur. Hoc tamen loco non dubium est, quin exitus illi similes studio quodam quaesiti sint, quum praesertim exstent in fine dipodiarum anap.

Ἦ μὴν ἔτ᾽ ἐμοῦ — καίπερ κρατεραῖς
Ἐν γυιοπέδαις — αἰκιζομένου —.

Praecipue in carminibus melicis sublimioribus saepe hanc figuram observare licet. cf. Sept. 118, Prom. 413, 692, sqq. Agam. 980, Eum. 485, Ag. 177 (ubi *ψέγων* non sollicitandum videtur, sed ex anacoluthia interpretandum), Sept. 942, 894.

Ἡμ. α΄. Σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ᾽ ἔχουσι.
Ἡμ. β΄. Σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι
Τάχ᾽ ἄν τις εἴποι, τίνες.

In diverbiis verò et omnino in sedatiori sermone hoc rarius est, neque auribus gratum. Versus 11. supra φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου 1) aeque parum mihi placet, atque Horatianum: *testis mearum sententiarum* (μαρτυρεῖ δέ μοι γνώμη). Sed fateor, difficilem rem esse atque lubricam haec ad nostrum sensum exigere, neque omnibus his in rebus idem probatur.

170. *Δεῖξαι τὸ νέον βούλευμ'*, rell. sic explicantur: δεῖξαι αὐτῷ τὸν ὑφ' οὗ ἀφαιρεθήσεται τὴν βουλευτικὴν πρόνοιαν, τὴν ἐξουσίαν, τὰς τιμάς. In his *νέον* inexplicatum manet, *βούλευμα* construitur cum *ἀποσυλᾶται*. Una literula transposita pepererat non uno nomine vitiosam lectionem: *τὸν* (pro *τοῦτον*), *ἐὸν βούλ*. Similiter Pers. v. 13, legitur:

> πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
> ᾤχωκε· νέον δ'ἄνδρα βαΰζει.

Schol. A. *γράφεται δὲ καὶ ἐόν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα.* In vulgata quaeritur primum, quid sit *βαΰζειν*. Si cum Passovio interpretaris *cum clamore desiderat*, hoc dicet chorus: abiit (cf. v. 60.) robur Asiae, novumque exercitum, deleto priore, expetit. Quod contra sensum est, quum nihildum certi de expeditione accepisset chorus, neque nuncius cladis advenisset (cf. v. 14). Si *βαΰζειν* hic sensum plorandi habet, vel subiectum e praecedentibus elici debet, e. g. *Ἀσία*, quod perquam durum est; vel *θυμὸς* huc referendum est e v. 11, ut *πᾶσα γὰρ-ᾤχωκε* per parenthesin dicta

1) Schol. B. ibi annotat: δριμεῖα λέξις, sed incertum, utrum hoc ad sententiam an ad verba pertineat.

sint, quod vix fieri potest, quum manifesto πᾶσα γάρ- et κοὔτε τις- (v. 14) coniungantur. Valckenaerius ad Phoen. 1489. ductu Scholiastae eleganter emendat:

ᾤχωκε νέον,
περσὶς δ' ἑὸν ἄνδρα βαΰζει,

quod tamen tam propter magnam verborum mutationem, quam quod ἑός apud tragicos valde dubium est, incertum manet. Lenius utique fuerit corrigere βαΰζω pro βαΰζει, quod facile depravari potuit, νέον in ἑόν mutato.

178. Lemma Scholii A. apud Faehsium: σὺ μὲν τραχὺς pro θρασὺς, solenni errore. Plerumque, ut hoc loco, quid verum sit, metrum indicat, sensus saepe utrumque vocabulum patitur; quamquam significatio diversa est. Θράσος est animi fiducia sive in bona sive in mala re; τραχὺς est asper, durus: praecipue is qui facile offenditur et in alios saevit. Supra v. 35. ἅπας δὲ τραχὺς, ὅστις ἂν νέον κρατῇ, Suppl. 1035. τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά, Ag. 265. βροτοὺς θρασύνει (*audaces reddit*) - αἰσχρόμητις-παρακοπὰ πρωτοπήμων, Prom. 863, Sept. 171. Supra v. 80. τραχύτης, *durities* adscribitur Robori, quod non flectitur miserie Promethei, quare, etiamsi metrum non monstraret, sensu tamen illud praestaret prae altero θρασύτητα, quod nonnulli libri praebent. Eur. Med. 447. τραχεῖα ὀργή. Sed infra v. 311. εἰ δ' ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους Ῥίψεις, sensus alterum quoque admitteret; cf. θρασυστομεῖν, vs. 200, θρασύστομος, Ag. 1372. Infra v. 186 lemma in Voss. 1. non minus contra sensum quam contra metrum θρασὺς habet.

189. Schol. Faehs. ad v. 188. (ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ) γράφεται ῥεχθῇ, ἤγουν, ὅταν πραχθῶσι τὰ πράγματα οὕτως, ὡς λέγω. — 'Ρεχθῇ recentior lectio est; certe reliqua scholia habent ῥαισθῇ. In Parisino libro, unde haec descripta sunt, multae glossae et variae lectiones, scholiis, ut videtur, recentiores, quae inter versus locum invenire non poterant, scholiis insertae sunt, quod hic quoque factum videtur.

199. B. legit Ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξαντο δαίμονες χόλον. Soph. El. 542. ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν γέ μ' ὡς ἄρξασά τι λυπηρὸν, εἶτα σοῦ τάδ' ἐξήκουσ' ὕπο. Pflugk. ad Eurip. Hec. 685. κατάρχομαι νόμον βακχεῖον.

202. B. ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι. Wellauerus e libris nonnullis recepit ἀνάσσῃ, recte iudicans sequentem optativum (ἄρξειεν) mutandi ansam dedisse. Exemplis ab eo laudatis add. Hom. Il. XV. 596. Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι, Πριαμίδῃ, ἵνα νηυσὶ κορώνισι θεσπιδαὲς πῦρ Ἐμβάλῃ ἀκάματον, Θέτιδος δ' ἐξαίσιον ἀρὴν Πᾶσαν ἐπικρήνειεν. Cf. Herm. ad Eur. Hec. 27, Kühner, Gramm. § 774.

213. Quae sub finem Scholii B. leguntur admodum sunt perturbata: ὡς οὐ χρὴ τὸν περιποιούμενον ἑαυτῷ ἀρχὴν, [οὐκ] ἐν θρασύτητι καὶ γνώμης ὑπεροχοπίᾳ καὶ μετὰ δόλου περιποιεῖσθαι, ἀλλὰ μεταχειρίσεσι καὶ ἐπιτηδειότητι. Videtur interpres lectionem χρὴ in libro suo habuisse; sed utrum praeterea δόλῳ τε legerit, an verba καὶ μετὰ δόλου recentius sint additamentum, non ausim definire. Nec quidquam apparet de voce ὑπερέχοντας, pro qua non dubitem cum Porsono ὑπερσχόντας scribere hoc sensu: (mihi mater praedixerat)

fato esse constitutum, non vi neque robore, (sequi debebat *victoriam partum iri*, sed constructio paulum immutatur) sed dolo qui excelluissent victuros esse." Quare non opus est, ut cum Reisigio violenta mutatione pro ὑπερέχοντας substituatur πελωρίους; quod etiamsi, ut ille statuit, auctoritate Scholiastae B. firmaretur, quod secus est, tamen non satis perspicue dictum esset. Obiter moneo falsum esse, quod idem dicit, numquam apud Aeschylum ionicum a minori uno vocabulo comprehensum pedem sextum antecedere. cf. Sept. 430. *Πολυφόντου βία.* Praeterea, etiamsi nullum illius rei exemplum inveniretur, tamen non constaret, Aeschylum sic scribere noluisse. Nimirum, si quaestiones adeo circumscribimus et quasi coarctamus, facile casu quod factum est, poetae delectui cuidam adscribemus.

226. Lemma Voss. 1. *ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτέ μ'*, quod ibi in contextu quoque legitur; scribae errore, nam Par. B. in lemm. *ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ' αἰτίαν*, quo satis cavetur, ne quis coniiciat *ἐρωτᾷς μ'*.

235. Schol. A. ad 231. *'Εγὼ δὲ ὁ τολμῆς, ἤγουν τολμηρὸς, — ἐλυτρωσάμην καὶ ἐξέβαλον τοὺς ἀνθρώπους, τοῦ μὴ διαφθαρέντας εἰς τὸν ᾅδην παραγενέσθαι.* Sic enim haec in Par. B. et Voss. 1. leguntur. Pro verbis hic explicatis *δ' ὁ τολμῆς* (cf. B. ad 235), insignem lectionis varietatem affert idem interpres ad v. 235. *τινὲς·* (*ἀντὶ τοῦ* auctoritate Rob. omittendum videtur; a Par. B. et Voss. 1. totum hoc scholion abest) *ἐγὼ δ' ἐτόλμησα, καὶ τὸ ἑξῆς, μετὰ ἤθους. Δύναται καὶ τολμῆς εἶναι, ὡς τιμήεις, τιμῆς*, Valckenae-

rium, cui inter δὲ τολμῆς et δ' ἐτόλμησ' eligendum esset, non sane mirandum est, alterum praetulisse (ad Phoen. v. 856); sed inter lectiones ἐγὼ δ' ὁ τολμῆς et ἐγὼ δ' ἐτόλμησ' optio paulo est impeditior. Nam primum forma τολμῆς proba est. Τιμῆς legitur Il. IX. 605, τολμήστατος e MSS. a Buttmanno repositum est apud Soph. Phil. 984. cf. praeterea Matth. §. 121. n. 2, 129. n. Atque ea forma talis est, ut facile a librariis non intellecta obliterari potuerit, quam ob causam antiquam lectionem revocandam censet Haupt. p. XIX, cum quo facere videtur Bergk. (Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1835, p. 955) — Ὁ τολμῆς (*audax*) cum indignatione quadam dictum est pro *forti*, *magnanimo*. » Ego vero, quem nunc audaciae accusant, per magnanimitatem servavi mortales, ut ne discerpti mortem oppeterent." Alteram lectionem (δ' ἐτ.) Scholiastes recte monuit μετὰ ἤθους dictam esse, quod pertinet ad asyndeton. Explicandum enim illud videtur ex eo, quod Prometheus cum studio quodam et ardore beneficium suum praedicat. In Aeschylo quidem exemplum prorsus simile exstare non memini, sed conferri potest locus ex Euripidis Phoenissis, v. 476, ubi Polynices causam suam defendens Ἐγὼ δὲ, inquit, πατρὸς δωμάτων προὐσκεψάμην Τοὐμόν τε καὶ τοῦδ'· ἐκφυγεῖν χρήζων ἀρὰς — Ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ' ἑκὼν αὐτὸς χθονός, quo loco Matthiaeo corrigenti δ' ἀρὰς recte non obsecutus est Klotz. Paulum differunt Eum. 231, Suppl. 750, Il. XXII. 129. Videndum praeterea, num lectio ὁ τ. correctori debeatur; facilius fieri potuit, ut cum ΔΕ-ΤΟΛΜΗΣ non intelligeretur, mutaretur

in *δ' ὁ τ.*, quam, contra, si articulus inde ab initio affuisset, ut a librariis expelleretur.

Ex scholio, quod supra apposui (*ἐλυτρωσάμην καὶ ἐξέβαλον*) apparet, interpretem vulgatam lectionem *ἐξερυσάμην* habuisse, eamque formam duxisse ab *ἐρύομαι*, quod verbum cum *trahendi* significatione etiam *liberare* vel *tueri* denotare satis notum est. Sed augmentum in senariis tragicorum non omittitur nisi iis locis, qui ad carminis epici similitudinem compositi sunt. Cf. omnino Well. ad Pers. 302. Multo minus de *ἐκρύομαι* cogitari potest [1]). Schol. B. ad v. 235. *ἐξελυσάμην* habet, quod verum videtur. *Ἐξερυσάμην* ex interpretatione fluxit. Schol. Laur. ad Soph. Ai. 531. (527 Herm.) *καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην, — μή σοί γε πού δύστηνος ἀντήσας θάνοι* (recte Wunderus hos versus coniunxit) haec annotat: *τοῦ φόβου χάριν, ῥύσασθαι θέλουσα ἐξήγαγον. Ἐκλύεσθαί τινος* significat non tantum liberare a malo, *quod adest iam*, sed etiam *ab eo quod instat*, quod Schoemanno ad h. l. secus videtur. Sed cf. praeter locum ex Aiace allatum, Eurip. Andr. 818. *ὑμεῖς δὲ θανάτου νιν ἐκλύσασθε*, *prohibete*, *quominus illa mortem sibi consciscat*. Denique sequenti versu *τοῦ* cum Scholiasta videtur retinendum, neque in *τὸ* mutandum, cui non obstat additum *μή*. Cf. locos ab Hermanno citatos: Xen. Anab. I. 3. 2. *Κλέαρχος δὲ τότε μὲν μικρὸν ἐξέφυγε τοῦ μὴ καταπετρωθῆναι*, id. Cyrop.

---

1) Well. tamen, ut hoc defendat, in add. ad h. v. provocat ad Herm. ad Soph. O. T. 72; quo iure non intelligo.

Il. 4. 23; Kühner. Gr. § 717. 2. Ergo duo hi versus auctoritate antiquorum interpretum sic scribendi videntur:

Ἐγὼ δ' ἐτόλμησ', ἐξελυσάμην βροτοὺς
Τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.

Egerunt de hoc loco Herm. Obss. Crit. in Aesch. et Eurip. Lips. 1798. p. 5, et ad Vig. p. 898, Lob. Ai. 531, Reisig. Cens. ed. Well. apud Wellauerum, vol. II. p. 424.

248. *Θνητοὺς τ' ἔπ.* est in lemmate Schol. A, confirmatum collatione Faehsiana; in Voss. 1 legitur *θνητοὺς δ' ἔπ.* — Wellauerus, praeeunte Hermanno, *τὲ* eiecit, pro quo alii libri habent *γὲ* frequenti literarum confusione. Infra v. 776. *τρίτος γε γέννα* Schol. B. in lemmate *τρ. δέ*; v. 516 plures libri pro *γὲ*, *τὲ* habent; Eum. v. 975 pro *δὲ*, *τὲ* substituendum est; exempla enim pro illo allata minus apta sunt. Optime *γὲ* h. l. se habet, quo ad praecedentia maius quid additur. Sic Agam. 527. roganti choro *Ἔρως πατρῴας τῆςδε γῆς σ' ἐγύμνασεν*; reponit praeco: *ὥστ' ἐνδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο*, *ut lacrimae adeo prae gaudio oculis oboriantur.* Suppl. 291. *μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μιχθῆναι βροτῷ;* respondet chorus *Καὶ* (*κοὺ*?) *κρυπτά γ' Ἥρας ταῦτα τῶν παλλαγμάτων*. Prom. 933. *Καὶ προςδοκᾶν χρὴ δεσπόσειν Ζηνός τινα;* Prometheus *Καὶ τῶνδε γ' ἕξει δυςλοφωτέρους πόνους*, ubi Well. coniicit *τῶνδ' ἔθ'*, fortasse quia vocula non suo loco (post *δυςλ.*) posita sit. Sed cf. quae ipse in Lex. II. p. 107. b. attulit. Quod vero Pers. v. 240. *γὲ* restituit, recte fecisse videtur.

250. Scholl. ad v. 247, 248, 250: *κατοικίσας* (pro *κατῴκισα*) quod Blomfieldio non displicet. Mihi illud verum non videtur, nam sic verba habent aliquid quaesiti, reique gravitati magis consentaneum est, hanc sententiam non ab alia pendere. Quare videndum, ne participium sedulo interpreti debeatur, qui responsionem interrogationi (*εὑρών*) nimio studio accommodare vellet.

258. Schol. Faehs. ad v. 255, p. 22. *οὐδὲν ἄλλο μοι τέρμα τῆς δέσεως καὶ τῆς κακοπαθείας ταύτης πρόκειται ἢ ὅπερ δόξει ἄριστον ἐκείνῳ.* Probabile est, interpretem legisse *πλὴν ὅ γ' ἂν κείνῳ δοκῇ.* Wieselerus, p. 7. coni. *οὐκ ἄλλοτ' οὐδὲν πλὴν ὅταν—*, quod magis placet; quamquam vulgata aptam admittit interpretationem: non me manet finis laborum, certe (*γέ*) non alius, quam tum, quum Jovi videbitur, quam is, qui erit tum —. Cf. v. 626.

272. A. ad 271. *Γέγραπται δὲ καὶ βλάβας, ἀντὶ τοῦ τύχας.* Vulgo quidem scholiastae *τὸ τύχη* malo sensu dictum *τῷ δυστυχίᾳ* exponunt; potuisse tamen *τύχας* voce *βλάβας* explicari, nemo negabit; contra ad *βλάβας*, vocabulum definitae notionis interpretandum, *τύχας*, quod latioris est et ambiguae significationis, adscriptum fuisse, improbabile est; quare hoc verum videtur. *Τύχας* sensui quoque aptius est.

275. In hoc versu dum haeret schol. A., de lectione quam secutus sit nihil certi affirmare licet. Coniicias tamen eum legisse *μοι πλ. πρὸς ἄλλοτ' ἄλλο*, ex iis, quae subiungit *οὐκ ἐφ' ἑνὶ κακῷ ἀνιῶμαι, ἀλλ' ἐπὶ διαφόροις ἀσχάλλω. Μοὶ* ferri nequit; *ἄλλο* autem fortasse ortum est ex *ἄλλῳ*. Vulgata lectio sic expli-

canda videtur: *ἡ πημονὴ τὰς αὐτὰς πλάνας πλανωμένη, ἄλλοτε πρὸς ἄλλον ἐρχομένη προςιζάνει*; sensus: *aeque omnibus instat aerumna.* Cf. Kühner, § 622. *Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλῳ προςιζ.* est simpliciter: alias alii assidet.

302. Lemma Schol. B. *ἢ θεωρὸς τύχας ἐμὰς* (*ἐμᾶς?*) Legit fortasse *θεωρὸς ὢν* ex *θεωρήσων* depravatum. Voss. 1. in cont. *θεωρήσας*. Videntur nonnulli in futuro (*θωρήσων*) sequente praesenti tempore (*συνασχαλῶν*) offendisse.

Versus 347-372. Scholiastae (B. ad 347, A. 353.) Oceano tribuunt. Elmsleium hos Prometheo adscribentem verum vidisse, tam mihi persuasum est, ut, quomodo esse possint, qui nihilo minus alterum probent, vix intelligam. Versus 347. *οὐ δῆτ' ἐπεί*, et 373. *σὺ δ' οὐκ ἄπειρος*, sic cum praegressis cohaerent, ut personae mutatio certe admodum improbabilis sit; vaticinium de futuro Aetnae incendio multo magis Prometheo quam Oceano convenit; denique tota illa *ῥῆσις*, si Oceano tribuitur, velut pannus assutus pendet, neque ad argumentum accommodata est. Confirmatur haec ratio praeterea eo, quod Atlas eius, qui loquitur, *κασίγνητος* vocatur (v. 347), Atlantem autem et Prometheum fratres fuisse, omnes mythographi referunt. Cf. Schol. ad v. 347, Heyn. ad Apollod. I. 2. 3; quod non infringitur eo, quod Atlas infra v. 426. Titan dicitur; similiter enim Prometheus *Τιτὰν Προμηθεύς* appellatur a Soph. O. C. 55, et aliis. Particula *δῆτα* (v. 347.) negationis vim auget, eaque Prometheus significat, se illa, quae modo dixisset, aversari. Cf. Hec. 367, Soph. Oed. T. 1377.

Ceterum non improbabile mihi videtur, ab histrionibus hos versus Oceani personae assignatos fuisse, quo et colloquentium partes aequalius dividerentur, et haec verba possent agi cum manuum corporisque motu, qui in tam gravi descriptione propemodum postulatur. cf. Valcken. Phoen. 1286. — De Wieseleri sententia tacere praestat.

351. B. *τὸν γηγενῆ*] *τὸν γενναῖον καὶ ἀνδρεῖον*. Legit fort. *εὐγενῆ*, nisi quis malit credere, scholiasten illud vocabulum honoris appellationem credidisse.

365. Voss. I. *ἰπνούμενος* 1)] *καιόμενος, φλογιζόμενος, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ἴπνου* 2). *Γράφεται ἰπούμενος* 3) *ἤτοι παγιδευθείς. Ἶπος* 4) *γὰρ ἡ παγὶς τῶν μυῶν. Ἢ ἰπτουμενος, βλαπτόμενος.* Ex hoc scholio novum pondus accedit lectioni *ἰπουμενος*, quae nitebatur tantummodo Eustathio ad Il. I. p. 16. 40 (ed. Rom.), ex cuius annotatione maximam partem sumtum est scholion B. ad h. l. Omnes libri habent *ἰπνουμενος*, quam lectionem non erat, quod Passovius et Wellauerus (in lexx.) praeferrent. *Ἰπουμενος* (i. e. *πιεζόμενος*, ut recte exponit Schol. rec. ad Pind. O. IV. 6, ubi vetus interpres *ἶπον*, ut Schol. ad n. l. voc. *παγίδα* explicat) a grammaticis non intellectum mutandi ansam dedit. *Ἰπνουμενος* per se non vitiosum est, sed altera lectione egregie significatur immensa statura Typhoei, ad quem domandum montis mole opus esset. cf. Pind. l. l. *ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις*

---

1) MS. *ὑπνούμενος*. 2) MS. *ὕπνου*. 3) MS. *ὑπούμενος*.
4) MS. *ὕπος*.

ἼΙπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀμβρίμου. Cf. etiam Stephani thes. v. ἶπος.

371. A. (ad 367), B, Scholion ap. Faehs. (p. 29 v. 367) θερμῆς, Voss. 1 in reliquis cum Faehs. Schol. consentiens, θερμοῖς. Non rarum est, omnia epitheta alterutri tantum substantivorum iungi. Eur. Heracl. 749. λαμπρόταται θεοῦ φαεσίμβροτοι αὐγαί, Sept. 188. ἱππικῶν τ' ἀΰπνων πηδαλίων διαστόμια, πυριγενετᾶν χαλινῶν, Soph. Ai. 134. τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. Cf. Elmsl. ad Heracl. 750, Lob. ad Ai. p. 130, Herm. ad Hec. 423. Loci vero, qui est Hipp. 669, ab Hermanno ad Hec. l. l. allati nescio an alia ratio sit; legitur ibi τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς γυναικῶν πότμοι, in quibus eadem notio graviori vocabulo, ideoque adiecta v. ὦ iteratur; praeterea si vel ταλαινῶν vel κακοτυχῶν propter metrum scribi liceret, sensus, opinor, ambiguus esset. Alterius constructionis haec addo exempla. Soph. Phil. 1289. nunc recte editur ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας, Iph. T. 12. χιλίων ναῶν στόλον Ἑλληνικὸν συνήγαγεν, et saepius, eaque constructio omnino vulgatior est. Quare, etiamsi loci, quos supra posui, satis certi essent, tamen hic non dubitarem, quin θερμοῖς praeferendum esset. Languet enim hoc βέλεσι nullo adiectivo addito; et collocatio verborum, θερμοῖς probato, concinnior est, non multum illa a chiasmo diversa. Cf. Trach. 844 ἀδινῶν χλωρὰν δακρύων ἄχναν, Ai. 846. γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον. — Similiter atque hoc loco in Sept. v. 251. Ἑλληνικὸν νόμισμα θυστάδος βοῆς, in nonnullis libris fuisse videtur Ἑλληνικῆς (cf. lemma

Schol. B. ad 254), quod si maiorem haberet auctoritatem, non spernendum esset, quoniam verbis θυστὰς βοὴ una res significatur.

381. A. γράφεται καὶ προμηθεῖσθαι, pro προθυμεῖσθαι. Saepius haec vocabula permutantur, ut apud Eurip. Phoen. 1475, ubi cf. Valcken., Soph. El. 978, coll. Schol., Eur. Hec. 776 (Herm). In Androm. 1253.

Τροίας τε· καὶ γὰρ θεοῖσι κἀκείνης μέλει,
καίπερ πεσούσης Παλλάδος προθυμίᾳ,

nihil mutandum videtur; προθυμία enim alibi quoque malo sensu usurpatur. cf. Hipp. 1435, Ag. 1573, Herod. I. 124. Contra in Eur. Alc. v. 1054. quid sibi velit προμηθίαν, non intelligo, et fortasse alii mecum non intelligent. Locus hic est:

τὸν ἡβῶνθ', Ἡράκλεις, οὐ ῥᾴδιον
εἴργειν ἐγὼ δέ σου προμηθίαν ἔχω.

Non possum, inquit Admetus, illam puellam neque in virorum conclave recipere, neque uxorem ducere (1055); virorum domum habitare non potest, quia *iuvenes arcere non facile est, ego autem tui curam habeo, tibi prospicio.* Postremum hoc, nisi omnia me fallunt, a loco alienum est; si Admetus iuvenes a puella arcere non potuit, etiam Herculis commodo non potuit prospicere. Προθυμίαν si scribitur, vertendum est: *ego autem tibi bene volo,* sensusque hic est: mihi puellam recipere perquam molestum erit, quum neque iuvenes retinere possim, et tibi lubens eam uxorem dare cupiam. Nostro loco procul dubio προμηθεῖσθαι cum Valcken. l. l. est praeferendum. Sensum iam recte aperuit Schol. ἐν τῷ

προνοεῖσθαί με σοῦ καὶ πειρᾶσθαι τὸν Δία πείθειν, τίνα βλάβην ἐνυπάρχουσαν νοεῖς; quicum sequentia bene congruunt; contra bene velle alicui (*προθυμεῖσθαι*) esse irritum laborem, neque universe verum est, et hoc loco nimis dure dictum esset.

384. B. in lemm. *τὴν νόσον* cum Ox. et Schol. Faehs. ib., *τῇδε τῇ νόσῳ* Rob., et sic in textu libri paene omnes. Cf. Soph. Trach. 541, et Schoem. ad h. l.

394. Schol. Voss. 1. *ψαύει πτεροῖς*] *γράφεται καὶ ψαίρει. Κυρίως δὲ ἡ λέξις ἐπὶ τῶν λαιφῶν λέγεται, τῶν χωρὶς ἀνέμων κινουμένων. Καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ λέξις αὕτη ἐνταῦθα.* Quum *ψαίρειν* apud seriores non nisi in vulgari sermone, idque vi intransitiva permansisset, interpretes antiquitus illud quoque sic usurpatum fuisse rati, lubenter *ψαύει* arripuerunt. Schol. ad Eur. Phoen. 1399, et Faehs. ad h. l. *οἱ ναῦται ψαίρειν φασὶ τὸ ἄρμενον, ὅταν μὴ πολὺς ἄνεμος πνέῃ, ἀλλὰ μόνον ψαύῃ.* Vela *ψαίρειν* dicebant, quae modo soluta pendebant, modo leni vento quassata et plicata crepitabant. » Erotianus (ut verbis Valcken. in doctissima ad Phoen. l. l. annotatione utar) lenes venae pulsus sic dictos scribit *ἀπὸ τῶν ψαιρόντων ἀρμένων, ἃ δὴ οὐχ ὁμαλῶς ὑπὸ τῶν ἀνέμων φυσώμενα, ὅτε μὲν χαλαροῦνται, ὅτε δὲ πληροῦνται.*" Activa vocis potestas permansit in nonnullis compositis, ut *μεταψαίρω, ὑποψαίρω, διαψαίρω.* — Nostro loco intellige motum alarum, qui volatum praecedit. Ceterum Cf. Virg. Aen. V. 217 *radit iter liquidum.*

397. B. *οὐλομένας τύχας*] *καθ' ὅλον καὶ μέρος, τὰς ἀξίας φθορᾶς.* — *Στένω σε τὰς τύχας* non est con-

structio καθ' ὅλον καὶ μέρος; potius conferri debebant loci, in quibus duo accusativi pendent a verbo, quod singulos adsciscere potest, in quibus tamen nullum inveni huic similem. Ergo donec aptum exemplum prolatum erit, genitivus retinendus est. Schoem. τάς, nescio an consulto.

399. Uterque Scholiastes ῥαδινῶν, quod contra librorum auctoritatem non in ῥαδινὸν mutandum erat. Ceterum Schol. A. hic ignoti scriptoris fragmentum affert -ῶς κλέπτω (κλέπω cf. Hesych.) κλέπος. Οἴχεται τὸ κλέπος αὐτὸς ἔχων. Teste Polluce VIII. 34. Solon in legibus τὸ κλέμμα, κλέπος dixit. Κλέπος etiam Hesychius habet. Cf. Lob. Phryn. p. 317, ubi exemplis laudatis addi debet σκέπω ex Luc. Piscat.

401. Ex interpretatione ad v. 397. apparet, Scholiasten δ' post Ζεὺς non legisse, et verba admodum contorte sic ordinasse: Ζεὺς, ἰδίοις νόμοις κρατύνων ὑπερήφανον αἰχμὰν, ἐνδείκνυσι θεοῖς τοῖς πάρος ἀμέγαρτα τάδε vel κακὰ, quod invenisse in libro suo videri potest. Particula tamen recte caremus, modo teneamus, ἀμέγαρτος universe *horrendi*, *saevi* notionem habere; iungendum est ἀμέγαρτα γὰρ τάδε κρατύνων, quod significat ταύτην τὴν ἀμέγαρτον ἀρχὴν (vel κράτος) κρατύνων; cf. Il. I. 257. τάδε πάντα μαρναμένοιϊν, Soph. Ai. 1325. σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί; Vertendum est: Jupiter exercens (in te) hoc saevum, detestandum imperium.

407. Στένουσι, A. (ad 397. καὶ στενάζουσι τὴν μεγ.) et Schol. Faehs. (ad 406). B. ib. haec annotat: ὁ πρῶτον κατὰ ἄθροισιν εἰπὼν χώραν (v. 405), εἶτα (v.

409.) ἐπιμερισμὸν ἐπήνεγκεν, ὁπόσοι, unde colligas, eum στένουσα legisse. Posterius aptius videtur; nam quae v. 409, sqq. leguntur ὁπόσοι τε — νέμονται, — συγκάμνουσι θνητοί, ita dicta sunt, ut necessario ad aliud subiectum a praecedenti diversum referenda videantur. Quo probato, vel v. 406. scribendum est μεγαλοσχήμον' ἅτ' ἀρχ. (i. e. *quippe*), quod poetico sermoni minus convenit, vel lacuna assumenda est, quod, quum antistrophe integro pede Jonico minor sit quam strophe 1), admodum probabile est. Rursus illa lacuna vel ante μεγαλοσχ., vel post ἀρχαιοπρεπῆ esse potest. Priorem rationem sequitur Fritzschius (de Aristoph. carmine mystico, p. 35.), scribens:

Μεγάλως τοι μεγαλοσχή-
μονα κἀρχαιοπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν

in quo minus placet τοί. Alterum probant Well. et Schoem., qui verbum finitum excidisse putant; quod si admittitur, quomodo τέ, v. 406. locum suum tueri possit, non video. Malim statuere, ante ἀρχ. alterum τέ et participium οἰχομέναν, vel aliud eiusdem significationis, lectum fuisse. Quum tot dubitandi ansas locus admittat, illud tamen apparet, στένουσα retinendum esse.

416. Πόρον pro τόπον A. ad v. 411. Πόρος non universe significat regionem, sed viam, vel mare (cf. ὑγρὰ κέλευθα apud Hom.), vel fluvium. Quare si illa

1) In stropha λειβομένα eiicere temerarium puto; si locus sic, ut Heathius vult, legendus esset, ne potuisset quidem λειβομένα ad explicationem addi. Versum 398. apparet ex duobus Jonicis constare debere.

lectio vera esset, ἀμφὶ-ἔχουσι per tmesin pro ἀμπέχουσι, *circumhabitant*, dictum esset, et verba Μαιῶτιν λίμναν explicationis causa vocabulo πόρον adiecta; quod precario sumitur.

424. Ἀκαμαντοδέτοις, B. ad 426, Schol. Faehs. ad 420. (p. 31), quicum consentit Voss. 1. Hoc vocabulum eiusmodi est, ut, etiamsi ἀδαμαντοδέτοις, quod e coniectura plerique editorum receperunt, usitatius sit, et defendatur similibus vocabulis ἰόδετος, κυανοδέτης, nemo tamen, alterum ab Aeschylo usurpatum non esse, demonstrare possit. Ἀκαμαντόδετος significaret *indefesse* i. e. semper et firmiter *vinciens*. Archimelus apud Athen. V. p. 209. C. dixit ἀκαμάτοις πείσμασι; quidni Aeschylum, qui tot nova vocabula usurpavit, tamque audax est in imaginibus fingendis, similiter locutum esse putemus? — Verbalia activa significatione posita non rara sunt. cf. πιστὸς, Prom. 919, Pers. 55, πυργοδάϊκτος, ib. 105, πολεμόκραντος, Sept. 146, μεμπτὸς, Soph. Trach. 446, ἄμεμπτος, Thom. Mag. s. v., καλυπτὸς, Ant. 998, χαλκόπλακτος, Soph. El. 475, ὕποπτος, Hec. 1119.

426. Ἄτλαν θ', B. ad 428. Ἄτλας etiam Ἄτλα in gen. habere falsum est. cf. Goettl. ad Hes. Op. 383. (add. τερασκόπος) In sequentibus Schol. Faehs. (p. 31.) explicat ὑπείροχον καὶ μέγα βάρος, quod quamquam non accurate respondet τῷ σθένος, tamen non ita differt; ut de varietate lectionis cogitandum sit. Maioris momenti est, ὑποβρέμει (v. 431) explicari v. ὑποστενάζει, quod ipsum verbum v. 428. loco alieno in textu legitur, quare ibi aliud legendum esse, certum puto.

Ὑποβαστάζει, quod in scholiis legitur et in nonnullis antiquis editionibus, non vera lectio esse videtur, sed interpretatio. Coniiciebam ὑποστηρίζει, vel ὑπερείδει. Nunc post ea, quae attulit Schoem. praestare puto coniecturam Hermanni ὑποστεγάζει. Cf. frgm. 285. Dind. (Athen. XI. p. 491. A.) ἄθλον οὐρανοστεγῆ. Ceterum accus. αἰὲν ὑπείροχον σθένος positus esse videtur ut in Suppl. v. 555. ὄντ᾽ ἐπέρχεται, Τυφῶ μένος, Ὕδωρ τὸ Νείλου. (cf. etiam Matth. § 425. 5.) Vs. sequenti plerique VV. DD. emendationem tentarunt; in multis coniecturis maxime memorabiles sunt duae, quas Herm. proposuit, κρατύνων et τὸν γάϊον; postremum tamen nemo, opinor, post doctam Schoemanni ad h. l. annotationem amplius tuebitur. Sed vide, ne vulgata his similibusque locis possit defendi. Suppl. 636. Δῖον ἐπιδόμενοι πράκτορά τε σκόπον. Pers. 558. Θρήκης ἄμ πεδιήρεις δυσχίμους τε κελεύθους. Eum. 529. ἐν μέσᾳ δυσπάλεῖ τε δίνᾳ. Pedestris orationis scriptor dixissit: κραταιὸν οὐρανοῦ vel οὐράνιον πόλον. Vert. *qui numquam deficientibus viribus firmum coelestemque polum humeris sustinet.*

435. Προςειλούμενον, A. (ad h. v. sub fin.), προςηλούμενον, B. ad 437. Formae huius verbi hae inveniuntur: προσειλῶ (codd. in Arist. Ran. 730, et Schol. ib., Suid. v. προσειλοῦμεν, Hesych. v. προσειλεῖ, et qui ibi laudatur Tzetzes), προυσειλῶ (cod. Rav. Arist. l. l.), προυσειλλῶ (Etym. M. p. 690. 11), προυγελῶ (Hesych. i. v., MS. Stobaei teste Grotio, cf. Blomf.), προσσιλλῶ (codd. ap. Steph. et Turn. nostro loco). Postremum a σίλλος ducendum perexiguam habet auctoritatem,

atque haud scio an ex correctione natum sit. *Προυγελεῖν* hoc loco nimis differt a librorum lectione. Quae metro satisfaciant, restant *πρόυσελεῖν* et *προυσελλεῖν*. Etymologi de posteriore forma locus hic est. *Προσέληνοι. Προυσελλεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες (προσέληνοι λέγονται.* cf. Schol. n. l.) *ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν. Οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμώτου* (sic enim scrib.) Corrigendum fortasse *προὐσελεῖν*, quia hoc et *προσέληνοι* male ad eandem radicem (*ἕλος*) refert. Quod si vere conieci, nostro loco legendum est:

ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον

Eadem verbi forma hodie, metro postulante, Aristophani restituta est. Ceterum notatio perobscura est et incerta. Cf. praeter lexx. Paul, de Sillis (Berol. 1821), p. 8, sqq.

449. *Προσείλους* ex Voss. 1 restituendum est Schol. A. ad 438 (l. 19), eamque lectionem habet etiam Faehs. ad 450 (p. 33); *προσήλους* Var. lect. in A. l. l., Faehs. ad 451; quod explicant *θέρμην ἔχοντας*, quo sensu *προσηλίους* scribi debebat; vel *ἥλοις πεπαρμένους* (domos clavis perforatas), quod eo vocabulo significari nequit. *Δόμοι πρόσειλοι* sunt **luci perviae domi**, quae opponuntur *μυχοῖς ἀνηλίοις*, v. 451. Cf. Etym. M. p. 690. 15.

450. *Ἀείσυροι*, A. ad 438, 451, B. ad 451; *ἀήσυροι* Var. Lect. A. ad 451. *Ἀήσυρος*, quod verum videtur, antiqui grammatici compositum esse existimant *ἐκ τοῦ ἄημι καὶ τοῦ σύρεσθαι*; quod, quum *σύρεσθαι* primam syllabam producat, partim falsum est, neque tamen prorsus abiiciendum. Nam si vocabulum

ἀπὸ τοῦ ἄημι ducitur, omnes significationes recte cum propria notione cohaerent. Illud enim *quod vento movetur* (sic, quum lat. *ventosus* alio sensu dicatur, reddere liceat) nullius est ponderis et debile, ἀσθενές, λεπτὸν (Suid. Etym.), inde τὸ ἀήσυρος, sicut lat. *levis*, facile ad celeritatem et mobilitatem translatum est. (ἐλαφρός, Hes.) Exempla afferunt Blomf. gloss. ad h. l., Ruhnk. Ep. Crit. I. p. 171. (ed. 1808), intpp. ad Hes. v. ἀήσυρον. Ceterum eadem hic permutatio literarum est, ac supra in v. προςείλους.

Ἴσαν, quod habet B. ad 450, accentus indicat corruptum esse ex ᾖσαν, quod genus corruptelae frequens est. Ἴσαν est contra metrum. cf. Well.

457. *Νοσφισμάτων*, Var. Lect. A. 459, Faehs. 458. Ἔξοχον νοσφισμάτων Scholiastes interpretatur: *quod prohibet a fraude* (ὃ ἀπέχει ἀπὸ τοῦ νοσφίζειν τινά), Abresch., p. 32. „*omni fraude superiorem*, cui nempe obnoxii sunt eius imperiti" (κρείττω νοσφισμάτων); sed vix aliud significare potest, quam *fraudum principem*, quod alienum est. Corruptelae ansam dedit repetitum *N*, et similitudo literarum *O* et *C*. (ἔξοχοΝΟCφισμάτων, ἔξοχοΝΝΟCφ.)

In Scholiaste A. ad 461. (p. 66. 1.) καὶ ἐν ζεύγλαις καὶ ἐν σώμασιν, ὅπως (sic recte Par. et Voss. 1.), rell. σώμασιν utroque MS. confirmatur. Veram interpretandi rationem iam praeiverat B. ad 462.

471. *Πλάνᾳ* B. ad 473, Faehs. ad 471; πλανᾷ, A. ad 472, B. ad 473. *Πλανᾷ* nude positum, sicut in editione Wellaueri, non placet; quod si iunguntur ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλανᾷ, prius membrum, licet asyndeton

possit defendi coll. Eum. 254, Ag. 1458, nimis exile est. Quare scribendum videtur:

Πέπονθας αἰκὲς πῆμ', ἀποσφαλεὶς φρενῶν
Πλάνῃ,

Quibus sequentia optime respondent: ***gravem calamitatem perpessus es, mentis errore abductus, (nunc) morbo correptus, deiecto es animo, neque ipse, quibus remediis tibi medeare, invenire potes.*** Dicti huius elegantiam imitatus est Euripides, laudatus a Valcken. Diatr. p. 245. (ed. 1822.) *Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων*, quod in proverbium abiit. Ad verba *φρ. ἀπ. πλ.* conferri potest Solon, ap. Plut. in Vit. c. 1, Hemsterh. ad Luc. I. p. 359; similis imago est in *ἔξω δρόμου φέρεσθαι*, infra, 885, *ἐξάγεσθαι*, Eur. Alc. 1080, *ἐξανίστασθαι*, Wunder. Soph. Phil. 365, quibus opposita sunt *ἔνδον γενέσθαι*, Choeph. 231, *ἔσω φρενῶν λέγειν*, Ag. 1022.

481. *Ἐξαμύνωνται*, B. ad 483, quod mihi recipiendum videtur, quoniam sensus sententiam finalem requirit. Coniunctivo res etiam praesenti tempore durare significatur (***quibus nunc et in posterum pellant***). Cf. supra ad 202, v. 463, Herm. Obss. crit. p. 20, sqq.

Voss. 1 infra ad 513. habet scholion lacerum, in quo tamen haec verba certa sunt: *Τίς οὖν ἐστιν ἀνάγκης] ἐπεὶ .... σπεύδουσιν ὀλέσαι, τὰ δὲ ἤπια φάρμακα ἐξαμείβονται τὰς νόσους, ἤτοι ὄλλυσιν.* Apparet haec ad nostrum locum referenda esse, illumque interpretem *ἐξαμείβονται* vel *ἐξαμείβωνται* legisse. Eur. Bacch. 607. *ἐξαμείψασαι τρόμον*, quod tamen non prorsus simile est. Or. 263. *οἵς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνεσθαι θεάς*.

488. *Εὐώνυμοι*, A. ad 484; *εὐωνύμους*, B. ad 490. Recte. Cf. praeter exemplum a Well. allatum, Sept. 185. *ἔδεισ' ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι*, Agam. 6. (*κάτοιδα*) *τοὺς — ἐμπρέποντας αἰθέρι 'Αστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν*, i. e. *ὅταν φθίνωσιν ἀντέλλωσι τε*; sed locus suspectus est.

509. (511) A: *οὐ ταῦτα ταύτῃ*] *οὐ ταῦτα οὕτως πέπρωται, ἵνα ἡ τελεσφόρος μοῖρα ταχέως τὰ κατ' ἐμὲ κράνῃ καὶ πληρώσῃ*. Schol. Faehs. *οὐ ταῦτα ταύτῃ, οὕτως, ἔχουσιν· ἡ μοῖρα δὲ τελεσφόρος καὶ πληρωματικὴ* (sic Voss. 1.) *τούτων, ἢ* (l. *οὐ*) *ταχέως τὰ κατ' ἐμὲ κρανεῖ καὶ πληρώσει· ὅ. ἐστιν οὔπω με λυθῆναι μεμοίραται*. Prius scholion magis ne viderer praeteriisse, quam quod variam ibi lectionem agnoscerem, apposui. Nam si interpres, quod Wieselerus, p. 22, sq. putat, legisset:

οὐ ταῦτα ταυτῃ, Μοῖρ' ὅπως τελεσφόρος
κράνῃ, πέπρωται,

non poterat in explicatione *ταχέως* locum invenire, quod manifesto pertinet ad *οὔπω*. Alter Schol. fortasse in libro suo habebat *μοῖρ' οὔπω*. Ceterum *οὔπω Μοῖρα πέπρωται κρᾶναι* dictum est pro *οὔπω πεπρωμένον ἐστὶ Μοῖραν κρᾶναι* (*ταῦτα ταύτῃ*). Recte vidit Schoemannus, *Μοῖραν* hic tanquam personam proponi, sed quod *πέπρωται* media vi accipiendum censet (*die Möra hat sich noch nicht dies also zu vollenden bestimmt*), id nec usus verbi sinit, nec sensus postulat. Dicit quidem Schoemannus, si *πέπρωται* passive accipiatur, repugnantiam quandam existere, quia sic ponatur numen sive vis aliqua Fato

potentior (*diese Erklärung setzt eine höhere Schicksalsmacht über den Mören voraus*), sed vide, ne hoc subtilius sit quam verius; nam ipsa Fati lege destinatur id, quod Fatum peragit. Atque etiamsi inesset aliquid repugnantiae, in hoc tamen non adeo esset haerendum; ita, quamquam Necessitas est inexorabilis, tamen Aeschylus (Eum. 694) dixit: *Μοίρας ἔπεισας*, quod Fati naturae non congruum esse, quisque videt; plura afferri possent, nam Fatum tanquam personam proponi, sibi pugnat, quod tamen non hic tantum sed persaepe fit.

542. A. ad 540. explicat *ἐν ἰδίᾳ γνώμῃ*, unde editores nonnulli *ἐν* inseruerunt, sic metro se succurrere rati. Sed auctoritas scholiastae nulla est. Supra ad 461. A. explicat *ἐν ζεύγλαις καὶ ἐν σώμασι*, Faehs. ad 676. (p. 46) *ἐν πυκνοῖς ὀφθαλμοῖς*, cf. idem ad 710. A. ad 411. *αἱ ἄτρεστοι ἐν ταῖς μάχαις* (unde apertum est eum *μάχαις* non *μάχας* legisse, ut B. ib. 416). Hinc intelligitur, *ἐν* in Soph. El. v. 214. contra metrum insertum interpreti deberi. Pro *ἰδίᾳ* Dindorfius (Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1839, p. 1122.) coni. *αὐτόνῳ* (collato *θηλύνους*), Reisigius, teste Schoemanno, *αὐτογνωμόνως σέβει*. Proxime ad codicum lectionem accederet *δαΐᾳ* (*ΙΔΙΑ*, *ΔΑΙΑ*) *γνώμῃ*, *animo* (*Jovi*) *infenso*, *δυσσεβεῖ*; sic *ἐχθραῖς ὀργαῖς*, Eum. 897.

544. B. (546) *φέρε, ὦ φίλος, ἐπειδὴ ἦν εἰς τοὺς βροτοὺς πεποίηκας χάριν, ἄχαρις - ἔδοξε -, εἰπὲ -*. Scholiasten *ὅπως* pro *ἐπεὶ* accepisse (Hom. Od. 4. 109), et proinde locum, ut hodie fertur, legisse, certum puto, sed non minus certum, istam interpretationem falsam esse.

Oratio in plura κόμματα divisa ab animo perturbato non aliena est.

555. B. *Τὸ τόδε καὶ τὸ ἐκεῖνο ἀσύνδετον.* Ergo invenit *τόδ' ἐκεῖν' ὅτε*, ad eandemque lectionem referenda est mira Schol. A. (p. 75. inf. *οὐ γὰρ μόνη*, rell.) interpretatio. Literae *ΟΘ'* facile excidere potuerunt, praesertim elisione, ut saepe fit in MSS., neglecta. (*EKEI-NOTEOTE*). In vulg. *τόδε* adiicitur *ἀνακολούθως*, quasi praecessisset *διαμφίδιον δὲ εἶναι μέμνημαι.*

559. Richterus, *de Aesch. Soph. Eur. intpp. Graecis*, p. 27, tanquam variam lectionem e Schol. affert *κοινόλετρον*, deceptus vitio typographi in ed. Schutzii.

565. (563) B. utramque lectionem memorat *ποινᾶς* et *ποινάς*; posteriorem sic explicat: *τίνος πταίσματος ὀλέκῃ, καὶ μετὰ φθορᾶς δίδως ποινάς.* Recte Well. quartum casum praefert. Breviter poeta declaravit, quod sic quoque dici poterat: *τίς ἐστιν ἡ ἀμπλακίη, ἧς ποινὰς* (vel *ἧς ποίνιμον*) *τόνδε τὸν ὄλεθρον ὀλέκῃ.* Constructio quae obtinet in *κακὸν οἶτον ὀλέσθαι* similibusque apud tragicos paulo latius patet. Soph. Ai. 207. *τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἀμερίας νὺξ ἥδε βάρος*, ubi Hermannus, perite, inquit, monet Triclinius, pro *τίνα ἐναλλαγὴν ἐνήλλακται* positum esse *τί βάρος*, id est *τίνα βαρεῖαν ἐναλλαγήν.*" Similiter supra (v. 401.) *ἀμέγαρτα τάδε κρατύνων*, Oed. C. 92. (Phoebus dixit, me hic vita excessurum) *κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν*, ubi fortasse cum Schaefero *οἰκήσοντα* legendum est, i. e. *οἰκήσοντα οἴκησιν κερδαλέαν μὲν τοῖς δεδ. ἀτηρὰν δὲ τοῖς πέμψασιν*, quod de sepulcro intelligendum est, coll. v. 627, et Wundero ad h. l.

567. Ἄλευ' ὦ δᾶ et Ἀλευάδα, A. ad 568, B. ib.; Ἄλευ' ἆ δᾶ cum var. lect. ὦ δᾶ, Schol. Faehs., qui ἆ non inscite sic explicat: Τὸ ἆ κλητικὸν ἐπίῤῥημά ἐστιν ἢ μᾶλλον προςφωνηματικόν· διαφέρει δὲ τῆς διὰ τοῦ ὦ προςφωνήσεως, ὅτι τοῦτο μὲν ψυχῆς ἀπαθοῦς, τὸ δὲ ἆ ταραχῶδες δηλοῖ ψυχικὸν οἷον ἢ σχετλιασμὸν ἢ ὄνειδος ἢ ἀγανάκτησιν. Apparet, illud Ἀλευάδα, insulse et ridicule a Schol. explicatum, ex ἄλευ' ἆ δᾶ natum esse, quod cum Valcken. ad Phoen. 1304. praeferendum mihi videtur, prae ἄλευ' ὦ δᾶ.

577. Τηλέπλαγκτοι B. in lemmate (ad 576), idem infra v. 587. πολύπλαγκτοι (ad 585), quibus non multum tribuendum, quum utraque lectio etiam in Ox. sit. Priore loco praeterea legit πλάναι, altero πλάνοι, ut apparet ex interpretatione μακρὰν πλανῶντες (masc.), quaeque deinceps addit, ad formam, ut putat, rariorem πλάνος illustrandam et firmandam pertinent. Πλάνος apud Soph. et Eur. tam frequens est, ut alterum paene expulerit (Brunck. ad Ant. 67, Eur. ap. Stob. Ecl. II. p. 342, Heer.), sed apud Aeschylum πλάνη nullam habet dubitationem (cf. infra 625, al.), quin πλάνος apud hunc non invenitur. Quare, quum propter antistrophen necessarium sit τηλέπλανοι, ut infra πολύπλανοι restituere, nihil obstat, quominus ad vitandum ingratum ὁμοιοτέλευτον cum Well. τηλέπλανοι πλάναι scribamus. Conferri possunt δυςφήμους φήμας, Hec. 192, πόδα τυφλόπουν, Phoen. 1543, σὺν δίκῃ δικαίᾳ, Soph. Ant. 23, μεγάλα μεγαλήγορος, Sept. 547, ἁρματόκτυπος ὄτοβος, 486, κοκόποτμοι τύχαι, Ag. 1107, στόμα καλλίπρωρον, 226. (πρῶρα est *facies*,

Sept. 515), ῥέος δακρυσίστακτον, supra v. 398; quibus permulta ex aliis etiam poetis possent addi; sed satis iam ex his apparet in istiusmodi adiectivis alteram compositionis partem quiescere, tragicosque hac ratione cum res gravius expressisse, tum verba et constructiones, communi usu trita, quorumque vis ideo paulum infracta esset et imminuta, evitasse.

B. ad 592. βιαζεται] διέρχεται. Lemma excidit; pertinet enim haec glossa ad verba πρὸς βίαν γυμνάζεται.

602. Νήστῃσιν, Var. Lect. ap. A. ad 600; eandem lectionem habet Voss. 1. in lemmate huius scholii, et paulo post (l. 3), ubi tamen librariorum error facile agnoscitur. De ipsa quidem forma νήστης dubitandum non videtur (Phryn. s. v.), nam, tametsi νῆστις utroque genere dicitur, nihil tamen impedit, quominus et νήστης et νῆστις olim exstitisse putemus; et re vera priore forma usus est Matro ap. Athen. p. 134, v. 10, Simonides in Bekk. Anecd. p. 1402. Cf. Piers. ad Moer. p. 270. Inde νῆστις formatum est eodem modo, quo κυνῶπις a κυνώπης, πυρῶπις a πυρώπης, etc. cf. Lob. Ai. p. 407, Pathol. p. 504. n. 30; sed νήστης masculinum esse, quisque videt, unde apud Photium, p. 299. 10. νήστης, Σικελικὴ θεὸς, νῆστις scribendum est (cf. Eust. Il. XIX. p. 1180. 14, Karsten, Empd. p. 181). Νῆστις ἀπὸ τοῦ νήστης ducendum esse quum doctus grammaticus h. l. annotasset, hinc suspicor alios variam lectionem νήστῃσιν finxisse, et etymon addidisse, manifesto falsum (ἀπὸ τοῦ νη καὶ ἵστημι), sed loci sententiae accommodatum. Quod quam saepe factum sit, neminem fugit. Uno defungar

exemplo. Antiqui grammatici adiectivum λεωργός ducunt a λαός, λεὼς et ἐργάζομαι, ΕΡΓΩ (Hes. λεωργὸν· ἀνδροφόνον, Etym. M., Suid. s. v.); sed errarunt, decepti scholiis ad v. 5. huius fabulae, ubi λεωργὸν explicatur τὸν τοὺς λαοὺς πλάσαντα. Vera notatio est a λέως (λείως *facile*), quod significationem intendit, et ΕΡΓΩ, ut λεωργὸς sit ῥᾳδιουργός. Cf. Herm. ad Ant. 1261, Archilochi fragm. 101, Bergk. — Σκιρτημάτων νήστιδες αἰκίαι sunt σκιρτήματα ἀεικῆ, ἃ ποιεῖ με νῆστιν. cf. Ag. 186. πνοαὶ νήστιδες. Versu sequenti recte Hermannus ex Schol. A. (ad 600, l. 5.) Ἥρας interposuit.

Schol. A. ad 624. μηδέν μοι κρύψῃς, sed rectius apud Faehs. scribitur μηδάμως; beneque ibi sub finem legitur τὸ pro ὅτι; quae enim sequuntur verba senarium efficiunt:

Ἃ δεῖ (χρὴ?) γενέσθαι, ταῦτα καὶ γενήσεται.

Similiter in verbis Schol. A. ad 378. duo latent versus:

Λόγος τοι ἀνθρώποισιν ἴαται νόσους
Ψυχῆς· μόνος γὰρ οὗτος ἔχει θελκτηρία.

Utique si haec non ipsa poetae verba sunt, putandus est respexisse ad dictum eiusdem sententiae, qualia plura in antiquis poetis feruntur. A. ad 438 (l. 15) alludit ad celebre dictum

Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά,

de quo cf. Naekius, Opuscc. Philol. I. p. 111. — B. ad 49. supra Hesiodi sententiam exprimit (cf. quae ibi attuli). Cons. praeterea Wolff, de Soph. scholiis Laurent. p. 24, Schol. Barocc. ad Soph. Ai. 292, et de Schol. ad Choeph. 319, Pors. ad Med. 139.

Versum, quem modo ex Scholiasta descripsi, Hermannus (*de versibus spuriis apud Aeschylum*, Opuscc. II. p. 83) ex libris nostris excidisse putat, ut locus olim sic lectus fuerit:

Πρ. Τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.
Ἃ δεῖ γενέσθαι, ταῦτα καὶ γενήσεται.
Ἰώ. Μήτοι με κρύψῃς τοὖθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.

Quam sententiam habere quo se commendet, nemo negabit. Sic enim aequalis versuum distributio restituitur, et sententiam habemus orationis nexui accommodatam. Quamquam, ut verum fatear, quare illo versu omisso Jus responsum minus aptum sit, non video. *Τοί* (malim enim cum Ellendtio, lex. Soph. i. v. *μή τοι* separatim scribere) in hac verborum complexione enuntiati vim auget. Quum Prometheus significet, se dubitare, an Ius rogatui non morem gerat, Io, ne vero, inquit, me celes illud, quod perpessura sum. Similis usus particulae est Ant. 539. *Ἀντ. Λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην. Ἰσμ. Μή τοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ θανεῖν τε σὺν σοι.* Porro, quod Herm. miram dicit scholiastae annotationem, est sane talis, quae ad poetae sententiam perspiciendam parum aut nihil faciat; sed a Schol. *Γ.* ad 88. supra, B. ad Sept. 294. non minus aliena philosophorum placita afferri videas. Neque postrema scholii verba sensu destituta sunt; tota annotatio haec est: *Ἐπικούρειον ἔστι δόγμα ἀναιροῦν τὴν μαντικήν· εἱμαρμένης γάρ, φησί, πάντα κρατούσης, πρὸ καιροῦ λελύπηκας, εἰδὼς* (v. *εἰπὼν*) *τὴν συμφοράν, τὸ χρηστὸν δέ, τὴν ἡδονήν, ἐξέλυσας. Λέγουσι δὲ καὶ τό· ἃ δεῖ γε-*

νέσθαι, ταῦτα καὶ γενήσεται, i. e. similiter (Epicurei) in ore habent illa: quae fieri oportet, fient (sive oracula consulas, sive negligas).

632. Schol. Faehs. ad v. 627. sub finem: *μὴ παρὸ δεῖ καὶ πλέον, ἢ ἐμαυτὴν ἐλεῶ, φρόντιζέ μου, ὅτι ἐμοὶ λίαν εὐφραντὸν τὸ ἀκούειν τὰς ἐμὰς συμφοράς. Τοῦτο δὲ* (nimirum *τὸ ἀκ. τ. ἐ. σ.*) *ἔξωθεν λαμβάνεται.* Videntur haec ad eadem verba, quae nos legimus, pertinere. Post *μᾶσσον* intellexit *τοῦ δέοντος*, illud satis verbose interpretans (*παρὸ - ἐλεῶ*); *ὡς* autem explicuit *τῷ ὅτι* (cf. B. ad 629): *ne de me nimis sollicitus sis, quoniam (haec audire) mihi gratum est.* Male; *μᾶσσον, ὡς* est idem quod *μᾶσσον, ἢ ὡς*. Cf. Stallb. ad Plat. Rpbl. VII. p. 526 C.

645. *Αἰσχύνομαι*, Var. Lect. ap. A. ad 642, pro *ὀδύρομαι*. Verba illa *γέγρ. αἰσχ.* textui superscripta fuisse videntur, indeque a Victorio cum Scholiis edita; nam neque Rob., neque Par. aut Voss. 1. illa habent, et apparet, antiquos interpretes *ὀδύρομαι* legisse ex A. ad 640. *εἰς δάκρυα ἐμβάλλομαι.* Wellauerus glossam loquitur. Si, quia sensus verbi *αἰσχύνομαι* hoc loco aptior sed explicatu facilior est, idcirco hoc pro glossa habebimus, multis locis peiorem eligere lectionem, coacti erimus. Glossae ea tantum sunt, quae explicandi gratia adscripta esse potuerunt. Non ineptam, puto, quisquis hoc *αἰσχ.* excogitavit, proposuit coniecturam, sed mutatio non necessaria erat.

665. *Ἀσήμως*, B. ad 662, contra quam est in Ox. (Barocc.); *ἀσήμους*, A. ad 665. Ergo haec *διττογραφία* iam antiqua est. Mihi prius magis placet.

670. Θέλῃ légisse videtur A. ad 655 (sub finem, p. 88), θέλει B. 667, quod ex illo exstitisse videtur frequenti permutatione τοῦ ει et η. Θέλῃ non temere spernendum est; nam transitus ille ab optativo (θέλοι) ad indicativi futurum (ἐξαϊστώσει) mihi quidem satis insolens videtur; optativo enim cogitatione redimus ad tempus praeteritum, indicativo futuri rursus hoc ipsum tempus, quo vaticinium nunciabatur, tanquam praesens cogitatur; quod facilius ferendum esset, si ἐξαϊστώσει ad rectam orationem transitum faceret; sed quum hoc versu praedictio finiatur, malim θέλῃ. Dind. dedit ἐξαϊστώσοι, quod tamen auctoritate destituitur. De εἰ cum coni. sine ἂν nemo amplius dubitabit. cf. Herm. Ai. 491, O. T. 198, Well. Eum. 225. Bergk. coniunctivum restituit in Theogn. 121, 276, 321, Sol. 3. 29, Tyrt. 9. 35. Cf. ipsum, *Rhein. Mus. Nste F.* III. p. 207, sq.

680. A. ad 674 (sub finem) καὶ πρὸς τὴν Λέρνην τὴν πηγήν. Ergo pro ἄκρην eum vocabulum, quod πηγὴν significet, legisse coniicias. Fieri potest ut ἀκτὴν legerit (ἀκτήν τε Λέρνης, Blomf.), sed, si legit, improbandum est, tum quia ἀκτὴ de littore non de ripa dicitur, tum quia non probabile est, positionem particulae τε tertio loco librariis deberi. Eandem ob causam κρήνην (Λ. τε κρήνην Cant.) admitti nequit, et reliqua, quae per πηγὴν explicari possunt, ὕδωρ, ῥόον, et si quae sunt alia, nimis a librorum lectione diversa sunt. Idcirco vero propius videtur Schol. verba τὴν πηγὴν recentius esse additamentum, ad illud Λέρνην explicandum adscriptum. Qui supra v. 201.

ἕδρης tolerarunt, miror hoc loco in ἄκρην offendisse. Si haec non satis defenduntur aliis formis ionicis, vel epicis potius, quae multae in dialogis quoque tragicorum sunt (μοῦνος, ξεῖνος, γοῦνατα, dat. plur. in -ησι, ὑπείροχος, ionica forma in choro v. 426, πωλεύμεναι v. 648, πύρπνοος, Blomf. ad v. 953. cf. Valck. ad Hipp. 1432.), uterque locus corrigendus erat. Sed utraque forma est in narratione, quae admodum similis est ῥήσεσιν ἀγγελικαῖς, in quibus constat tragicos, magis quam in reliquis, se ad epicorum exemplum conformasse. Quare videndum, ne hic codicibus sit obsequendum. — Ἄκρα est *cacumen* (Il. IV. 425, XIV. 36. Call. in Del. 104, 177.) et significatur *clivus Lernae*. Schol. vet. Pind. O. VII. 60, ἡ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη, κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον. De prima syllaba in ἄκρος producta cf. 366, supra, Pers. 650, Choeph. 680.

685. Γῆς πρὸς γῆν, Schol. Faehs. ad 679, (quicum consentit Voss. 1.) et B. ad 682. Γῆν πρὸ γῆς legitimam esse constructionem, demonstrant copiae Abreschii, p. 38, et Blomf. gloss. ad h. l., ex quibus haec appono: Arist. Acharn. 235. καὶ διώκειν (τὸν Δικαιόπολιν) γῆν πρὸ γῆς, Suid. v. πρὸ γῆς, ἐγὼ δὲ φεύγω γῆν πρὸ γῆς, Lucian. Alex. (II. p. 252. Hemst.) c. 46. ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ. Grammaticis tamen legibus Scholiastae lectio non pugnat. Cf. Soph. El. 896, Phil. 630.

690. A. ad 687. ἄπεχε] σιώπα. Haec qui scripsit, ἔπεχε legit (cf. Abresch.); male. Schol. Faehs. ad 691. Λύματα - ἀποτρόπαια, διὸ καὶ ἄπεχε εἶπεν.

Schol. Faehs. ad 710. ἐξηρτημένοι καὶ θαῤῥοῦντες οἷον ἐν τοῖς ἑκηβόλοις τόξοις (v. 713); leg. ἐξηρμένοι καὶ θαῤῥοῦντες. Sed fortasse, quum has similesque glossas a librariis additas esse non improbabile sit, horum potius inscientia, quam antiquorum librorum menda incusanda est. Non melioris notae est, quod infra ad 793 (p. 102. l. 18) in scholio ceteroquin non indocto ad explicanda verba νᾶμα Πλούτωνος πόρου affertur: τὸ νᾶμα τοῦ πόρου καὶ τοῦ ὁρισμοῦ, ubi, coll. A. ad 789, B. ad 790, coniicias legendum esse τοῦ ὅρου καὶ τοῦ ὁρισμοῦ. Sed malim credere, verba καὶ τοῦ ὁρισμοῦ postea demum esse addita.

714. (Ἁλιστόνοις ῥαχίαισιν.) B. ad 712. exponit ταῖς στεναγμόν σοι ποιούσαις ἐν τῷ πλανᾶσθαι, διέρχεσθαι δι' αὐτῶν. Aliud quid pro ἉΛΙστόνοις interpretem legisse, certum est. Suspicabar ἈΛΑστόνοις (ἀλᾶσθαι), lectionem corruptam ex ἈΓΑστόνοις. Sed hoc est hariolari. Porsonus voci ἁλιστόνοις obelum suum apposuit, minus, puto, propter ipsum illud verbum, quod satis defenditur nominibus ἁλίκτυπος et ἁλίβρομος, quam quia sequens vocabulum incertum est. Nam Schol. A. pro vulgata lectione affert γύποδας, pro quo alios refert scribere γε πόδας (non, ut Well. dicit, γυμνόποδας). Acute Hermannus, quem sequitur Schoem., πόδας interpretationem esse putat voc. γυῖα, (quod, ut κῶλον, saepe κατ' ἐξόχην de pedibus sumitur, et hunc in modum a Grammaticis explicatur, cf. Hes. s. v., ibique intpp.) scribitque ἀλλὰ γυῖ' ἁλιστ. Elmsleius minore mutatione ἀλλ' ἁλιστόνοις γ' ὑπὸ Χρίμπτ. (Edinb. Review, 1810. Nº. XXXIII. p. 237).

Mihi in mentem venit γύαις, quod facile in γυῖα mutatum glossae πόδας ansam dederit; scribendum foret:

ἀλλ' ἀλιστόνοις γύαις
Χρίμπτουσα ῥαχίαισί τ' ἐκπερᾶν χθόνα.

Heinsii coniectura (ad Hes. v. γύπας) ἀλιστ. γύπαις contra metrum est.

In Faebsii scholio ad 777, quod est etiam in Voss. 1, legitur πρό;δειξον (781), procul dubio vitiosum. Idem error locum, qui est Choeph. 222. deformavit; in libris legitur:

Ὡς ὄντ' Ὀρέστην τάδ' ἐγώ σε προὐννέπω;

in quibus ΣΕ correctionem esse puto subsequentis verbi (προΤννέπω, προΣΕννέπω). Recepto προὐννέπω (*praedicare*) facile τόνδε in τάδε mutari potuit. Itaque scribo:

Ὡς ὄντ' Ὀρέστην τόνδ' ἐγὼ προσεννέπω;

De permutatis προ et προς cf. Abresch. p. 61, sq. Soph. Ai. 818, Eur. Hec. 41, ibique Herm. Infra 953. Schol. Faebs. ad 940. pro προσβάλῃς legit προβάλῃς, contra metrum.

795. Schol. A. ad 793. -πέδια] ἥτις Κισθίνη; Par. π. Κισθήνης] Ἑλκισθήνη (γράφεται ἥτις Κισθήνη); Voss. 1. π. Σκυθήνης] ἡ Σκυθήνη; Rob. Σκυθίνη, eadem variet., quae est in textu. Infra p. 102. l. 10. Κισθίνη δὲ πόλις Λιβύης consentit Par. om. Rob. et Voss. 1. Κισθήνης verum esse, demonstrat fragmentum Cratini apud Harpocr. s. v.

Κἄνθενδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις
Καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει,

ubi manifesta est loci nostri parodia. Fortasse nonnulli cogitarunt de Scythia.

805. In scholio A. ad v. 793 (p. 102. l. 14.) apud Faehs. (p. 53. inf.) pro ἀκραγεῖς scribitur ἀκραγγεῖς. Etym. M. p. 52. ἀκραγγές, ἀσθενές, χαλεπὸν, δυσχερές, σκληρὸν, αὐστηρὸν καὶ τὸ ἀεὶ κλαῖον παιδίον, τά τε ἀκραγγῆ ὀξύχολα. Similia sunt in Bekk. Anecd. p. 369. 17, et Hesychio, ubi tamen MS. ἀκραγές habet. Recte, nam a κράζω vocabula κραγγή, κραγγαίνω formari nequeunt, quia κράζω ubique simplex habet γ, ut ἔκραγον, κέκραγα; quare non assentiar Lobeckio, ad Phryn. p. 337. in Herodot. I. 111. κραγγαινόμενος restituenti; neque apte comparari potest κλάζω, cuius χαρακτὴρ, quem dicunt, est duplex γ. Etymologici locum apparet ex variis glossis esse compositum; nam quod primo loco legitur ἀσθενές manifesto ad ἀκρατές referendum est. Quare, quum ἀκραγγής et ἀκραγής permutata esse a librariis ex nostro scholio appareat, ἀκραγές autem et ἀκρατές literarum ductu vix diversa sint, numquam vocabulum ἀκραγγής exstitisse puto. Hermannus (teste Fix. in nova Thes. Steph. edit.) ἀκραγής ducit ἀπὸ τοῦ ἄκρος καὶ τοῦ ἄγαμαι » ut ἀκραγής sit is, qui habeat indignationem vehementissimam, qui sit *iracundus*." De quo dubito propter usum v. ἄγαμαι. Fortasse α in hoc vocabulo, ut in ἄβρομος, ἐπιτατικὸν est, et significat *vehementer clamans* (Etym. τὸ ἀεὶ κλαῖον).

Schol. B. (ad 801) versu 803. τοιοῦτο μὲν, rell. apodosin incipere dicit versus 792, ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον, addens alios haec praecedentibus iungere (ἦν

ἐγγράφου - ὅταν περάσῃς). Itaque lacuna iam satis antiqua est. Nam intercidisse quaedam post v. 793. certum puto; quod ut multis demonstretur, non opus est, quum recentiores editores ad unum omnes idem sentiant. Verbis *ὅταν περάσῃς* Prometheus narrationem v. 737. interruptam resumit, quare hic, ut supra, de Bosporo Cimmerico cogitandum est, quo traiecto Io orientem versus (793) cursum dirigit. Iterum traiecto mari (794) pervenit ad Phorcides, *ἃς οὔθ' ἥλιος προςδέρκεται ᾽Ακτῖσιν, οὔθ' ἡ νυκτερος μήνη ποτέ* (798, sq.), itaque septentriones versus habitant. Quare haud absonum fuerit statuere, v. 794. Caspium mare significari; quam Hermanni sententiam (Obss. Crit. p. 32, sq. cf. Reinganum in Jahni Ann. a. 1828. V. VII. p. 336.) non video infringi iis, quae protulit Klausenius, in Mus. Rhen. V. III. p. 308. (1829). Illis igitur versibus, qui interierunt, expositum fuerit de gentibus, quas Io intra Bosporum Cimmericum et mare Caspium visura esset. Quod si huc pertinet fragmentum, quod ex Prometheo Vincto affert Galenus vol. V. p. 454. ed. Basil. (frgm. 181. Dind.), multo plures, quam illi quatuor versus, exciderunt.

838. In Scholio A. ad 837. pro *παραγενομένη* (l. 2). in Voss. 1. legitur *βοὺς γένομένη*. Apud Faehs. (836.) vulgata exstat, adscripta tamen varia lectione (quae male a Faehsio ad scholion v. 831. relata est) *ἐνταῦθα βοὺς γενομένη - ἐβάδ.* Si interpres legit aliquid, quod apte per *βοὺς γεν.* explicari posset, improbandum est; pugnaret enim cum v. 676.

840. *Πολυπλάγκτοισι*, B. ad 838; neque abhorret A.

Utrum verum sit, (παλιμπλ. an πολυπλ.) metrum et sensus docent. Eadem var. lect. est Ag. 189. In Sept. v. 7. pro πολυῤῥόθοις, Valcken. παλιῤῥόθοις coniicit; sed mutatio minus necessaria est. — Io vagata est iuxta mare Ionium vel sinum Adriaticum, inde *retrovago cursu*, i. e. orientem vel orientem et septentriones versus directo cursu, Prometheum adiit, quae tamen pars itineris hic non accuratius describitur, et in gemino loco (Suppl. 535), ubi poeta Ius errores breviter sed ordine recenset, in dissimili argumento prorsus omittitur. Ibi, postquam ex Argolide fugit, (v. 539) multas peragrat gentes,

δίχῆ δ' ἀντίπορον
Γαῖαν ἐν αἴσα διατέ-
μνουσα, πόρον κυματίαν ὁρίζει·
'Ιάπτει Φάσιδος (sic enim pro βάσ. leg.) δι' αἴας

Propter positionem verborum necessarium mihi videtur ἀντίπορον γαῖαν cum διατ. coniungere, illud dubium esse potest, utrum διχῆ ad διατ. an ad ὁρίζει pertineat. Hoc si sequimur, Io, *quum* oppositam, trans mare sitam regionem i. e. Asiam Minorem, peragrabat, bis dicitur mare traiecisse, quod secus est. Illo modo si verba ordinantur, Io Asiam Minorem bis peragrans, vel potius bifariam dividens mare traiicit, quod aeque parum sensui satisfacit. Ut brevi faciam, mihi scribendum videtur:

διχῆ δ' ἀγχίπορον
Γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατε-
μοῦσα, πόρον κυματίαν ὁρίζει,

in quo ἀγχίπορος γαῖα, (*mari propinqua*) est regio Io-

nio mari affinis, πόρος κυματίας Bosporus Cimmericus, quo traiecto Io ad Phasidem pervenit. Ὁρίζειν est fines alicuius rei superare, permeare. Cf. Eur. Med. 432. διδύμους ὁρίσασα πόντου πέτρας. Ionium mare ab Ione nominatum esse, satis causae erat Aeschylo, ut hanc itineris partem certe tangeret. Et sic ille locus optime cum nostro convenit.

851. (849). B. ἐπαφῶν] ἐφαψάμενος, unde Abresch. coniicit Scholiasten legisse ἐπαφὼν (aor. 2.), quae forma nusquam exstat, et haud scio an non potuerit exstare; praefert tamen Abreschius, puto propter sequentem aoristum θιγὼν pro quo in fine scholii perperam θίγων scribitur (Herm. ad O. C. 470, et alii). Sed cf. supra v. 302. ἢ θεωρήσων τύχας Ἐμὰς ἀφῖξαι καὶ συνασχαλῶν κακοῖς; quamquam ibi necessario pro sententia tempus mutandum erat. Sed Sophocles, Ai. 31. φράζει τε κἀδήλωσεν, Eur. Hec. 21, 266. κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν, εἰς Τροίαν τ' ἄγει, Alc. 176. ἐδάκρυσε καὶ λέγει τάδε.

852. Schol. Faehs. ad 850. Τέξεις δὲ καὶ παῖδα Ἔπαφον ὀνομαζόμενον, ἐπώνυμον τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διός. Quod primo intuitu videri posset, Valckenaerii coniecturam θιγημάτων his confirmari, re accuratius considerata non sic se habere apparet. Schol. B. ad 850. (τὸ) γεννημάτων Διὸς λέγει περὶ τῆς ἐπαφῆς, αὕτη γὰρ ἀντὶ σπέρματος ἤρκεσεν, quam interpretationem, qua vulgata satis defenditur (cf. Well.), secutus interpres pro γεννημάτων in interpretatione dedit ἐπαφήσεως. Cf. omnino Suppl. v. 308, sqq. Lusus in etymis verborum Aeschylo perquam frequens est. Lubet locos huc pertinentes indicare, quum

multa quidem a Valcken. ad Phoen. 27. et 639, Blomf. ad Ag. 667. et 1048, Lerschio, *Sprachphil.* III. p. 11, sqq. collecta, neque tamen omnia iam occupata sint. Suppl. 697.

Καὶ πρῷρα πρόσθεν ὄμμασιν βλέπουσ' ὁδόν.

Πρῷρα ducitur *ἀπὸ τοῦ προορᾶν*, quae notatio eo magis in promtu erat, quia navium prora suos *ὀφθαλμοὺς* habebat (Becker, *Charikles*, II. p. 64, Schol. Arist. Ach. 95). — Agam. 1538.

πρὸς ὠκύπορον

πόρθμευμ' ἀχέων,

significatur Acheron. -- In Prom. 719.

Ἥξεις δ' Ὑβρίστην ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον 1)

non dubito, quin fluvius Hybristes significetur; quod nomen quum Scholiastis ignotum esset, *ὑβριστὴν* appellativum habuerunt, de Araxe cogitantes (*ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν*); quocirca assentior Schoemanno ad l. l. non videri aliud quid ab iis lectum esse. In eadem fabula huc quoque referendi sunt versus 807, 808.

οἳ χρυσόῤῥυτον

Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου.

In Chori verbis de morte filiorum Oedipi, Sept. 811.

Οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν,

καὶ πολυνεικεῖς — ὤλοντο,

haud scio an non tantum ad Polynicis sed ad Eteoclis quoque nomen alludatur; certe cum Blomf. *καὶ πολ. κατ' ἐπ.* transponere temerarium videtur. cf. eiusd. fab. v. 558, 640, Soph. Ant. 110, Eur. Phoen. 639. —

1) Schutz. Ὑβριστὴν, male. Cf. Cobet. Plat. Com. p. 167.

Parthenopaeus Sept. 518. dicitur φρόνημα ἔχειν οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, i. e. ὠμὸν, ut additur. Porro apparet antiquos, qua erant religione in deorum nominibus citandis (cf. Martini Var. Lectt. p. 155, sqq. ed. 1755), lubenter Dei cognomen, ut faustum rei omen invocasse. In Sept. 131. est Καὶ σὺ Λύκει' ἄναξ, Λύκειος γενοῦ Στρατῷ δαΐῳ, *lupi similis fias* i. e. horrendus, metuendus. Eiusdem fabulae initio Eteocles, si quid, inquit, urbi accideret, unus Eteocles incusaretur civium cantilenis,

Οἰμώγμασιν θ' ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος
'Επώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει,

ad verbum: quarum Jupiter averruncus, utinam cognominis (ἀλεξίκακος) fieret Cadmeorum civitati, i. e. quibus aversis, utinam Iupiter non nomine tantum, sed re ἀλεξίκακος esset huic civitati. Conferendus est locus, qui est Eum. v. 90.

Ἑρμῆ, φύλασσε, κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος (i. e. πομπαῖος)
Πομπαῖος ἴσθι, τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν
Ἱκέτην. — Neque praetereundus est locus in Agam. 1050, ubi Cassandra Apollinem sic appellat:

Ἄπολλον, Ἄπολλον,
'Αγυιᾶτ' 'Απόλλων ἐμὸς,
'Απώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.

ib. 1057. Ἆ, ποῖ ποτ' ἤγαγές με;

ubi 'Αγυιάτης ad ἄγω, 'Απόλλων ad ἀπολλύναι refertur. Cf. fragm. Eur. Phaëth. ap. Macrob. Saturn. I. 17, et Archilochus ib. (fr. 23. Bergk). Phoebi cognomen Apollo a Phoebe habere dicitur, Eum. 7.

Φοίβη· δίδωσι δ' ἡ γενέθλιον δόσιν

Φοίβην τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον,
i. e. nomen, quod avia Phoebe gerebat. Ex fragmentis accedunt 285 (Dind. Athen. XI. p. 491. A): *Atlantis filiae patris laborem*

Κλαίεσκον, ἔνθα νυκτέρων φαντασμάτων
Ἔχουσι μορφάς, ἄπτεροι πελειάδες.

Ἀπτέρους γὰρ αὐτὰς (*τὰς Πλειάδας*) *εἴρηκε, διὰ τὴν πρὸς τὰς ὄρνεις ὁμωνυμίαν*; 291 (Arist. Hist. An. IX. 49):

Τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν
Πεποικίλωκε κἀποδηλώσας ἔχει,

ubi *αὐτοῦ* tam ad subiectum verbi *πεπ.*, quam ad *ἔποπα* (*ἐπόπτην τῶν αὐτοῦ κακῶν*) referri potest, sed sensus obscurus est; 313 (Strab. VI. p. 258) *Ἀφ' οὗ* (*τοῦ ἀποῤῥαγῆναι*) *δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται.* Alia magis trita sunt, ut lusus in nomine Promethei (Prom. 86), notatio nominum Bospori (ib. 736) et Areopagi (Eum. 660). Quibus si locum nobilissimum de Helena (Ag. 667) divinitus nominata, quia naves urbesque et viros (*ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις*) perdidisset, addideris, omnia quidem, nisi memoria me fallit, ex Aeschylo collecta habebis. Ne apud antiquissimos quidem poetas Homerum, Hesiodum, item Pindarum et Empedoclem (cf. v. 435, sqq. Karsten, p. 61) haec prorsus desunt. In reliquis tragicis Sophocles in hoc genere parcior est (Lob. Ai. 430), sed Euripidem et Agathonem cum reliquis Sophistarum flosculis hanc quoque figuram consectatos esse constat. Quod si ille ideo a Comico traductus est (cf. e. g. Etym. M. v. *Ἀμφίων*, Pollux IX. 36), magis quia intempestive nimisque crebro

lusui indulgeret [1]), id factum est, quam quia totum hoc genus antiquis displiceret. In nominibus enim hominum fatalem inesse significationem putabant, quod eum aliunde, tum ex loco de Helena supra allato apparet (cf. omnino Lob. l. l.); neque illa res, priusquam notatio verborum artis formam induisset, et in scholas abiisset, humile quid habebat aut tragoediae gravitate indignum.

861. Scholion Faehs. ad v. 858. nimis corruptum est, quam ut de lectione certi quid afferre liceat. Idemque dicendum de Schol. B. ad 866. (a Schutz. om.), ubi Pauw. corrigit *γνωμῶν*] *γνώμης*. Quidquid est, in textu procul dubio cum Blomf. legendum est: *ἀλλ' ἀπαμβλυνθήσεται Γνώμην· δυοῖν δὲ*, rell. Nam neque illud *κλύειν ἀνάλκις* dici potest *γνώμη* et *ἀπαμβλ.* cum *γνώμην* coniunctum magis placet, quam nude positum. *Δυοῖν θἄτερον* vel *θἄτερα*, (cf. Stallb. ann. crit. ad Theaet. p. 187. B.), *alterutrum*, usitata dictio est. cf. Plat. Phaed. p. 66. E, 76. A, Crit. 52. A; (ubi *δυεῖν* reposuit Stallb., quod hic in lemm. Schol. B. est); h. l. illa verba significant *duorum alterum* nimirum *κλύειν ἀνάλκις*.

877. *Λόγου* A. (ad 875) pro *χρόνου*. Eadem varietas est in Persis v. 699.

Πάντα γὰρ Δαρεῖ' ἀκούσῃ μῦθον ἐν βραχεῖ λόγῳ

---

1) Frigidum est, ut hoc afferam, in Phoenissis *δίδωσι τὸ βρέφος Σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον, Ὅθεν νιν Ἑλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.* Postremum quidem versum spurium iudicat Valck. nec sine causa; sed alii sunt loci, in quibus similiter illud *ὅθεν* usurpatur. Cf. ipsum Valck. et Lersch, l. l.

et supra v. 75. pro οὐ μακρῷ πόνῳ nounulli libri habent χρόνῳ, quo etiam referenda est glossa ἀλλὰ συντόμως. His locis χρόνῳ librariis deberi, quum probabile sit, nostro quoque λόγου verum habeo. Infinitivum abundanter adiici, nemo mirabitur. cf. Ag. 257, et al.

In Schol. B. ad 887, sub finem παίουσιν εἰκῇ] πράττουσι μάτην, legendum ταράττουσι μάτην.

892. A. ad 887 sub fin., quum scribat λέγει, ὅτι σοφὸς ἦν ἐκεῖνος, ὁ εἰπὼν τὸ ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ καὶ ἀριστεύειν καὶ εὐημερεῖν τοὺς τοῖς ἀξίοις τοῦ γένους αὐτῶν ἐπιγαμβρεύοντας, videri potest legisse ὡς τὸ κηδεῦσαν (de quo usu neutrius generis cff. intpp. ad Pers. init., Hemst. ad Luc. Tim. 35. vol. I. p. 147), sed neque haec ad vivum resecanda puto, et illa lectio procul dubio vulgatae postponenda est. Reliqua, quae hic leguntur, a Scholiaste de suo adiecta esse apparet.

902. Uterque Schol. (A. ad 895, B. ad 900) δυςπλάγχνοις, pro quo, quod Voss. 1. priori loco habet, δυςπλάγχνων (sic), librariis debetur. Δυςπλάγχνοις corruptum esse videtur ex δυςπλάγκτοις, quod, similiter ut supra 587. (cf. 577) πολύπλαγκτοι pro πολύπλανοι positum erat, vulg. lectionis δυςπλάνοις locum occupavit.

905. Schol. A. ad 895 (p. 114 inf.) Μηδὲ ὁ ἔρως τῶν κρειττόνων, θεῶν, ἐπίδοι με. Faehs. ad 894. μηδὲ ὁ ἔρως, - ὅτι τὸ ὄμμα φημὶ τὸ ἄφυκτον τῶν θεῶν, rell. Postrema verba exciderunt. Prius scholion si sic, ut feci, distinguitur, θεῶν ad explicationem vocis κρειττόνων adscriptum est. In altero κρεισσόνων non comparet, sed solum θεῶν; quod si illud excidit, tamen

interpres *θεῶν* alio loco, et quidem ut videtur post *ἔρως* legit. His nemo diffitebitur valde dubium fieri *θεῶν*, quo vocabulo propter sensum et metrum optime caremus. Initio huius epodi oratio tam hiulca est, tam insolens illa positio particulae *μὲν*, denique tautologia adeo ingrata, ut prorsus assentiar Schoemanno, haec corrupta iudicanti. Ipse scribit: *'Εμοὶ δὲ τίμιος ὁμαλὸς γάμος ἄφοβος, Μηδὲ κρεισσόνων θεῶν Ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προςδράκοι με.* Quae coniectura admodum speciosa est. Sed ad annotationem Scholiastae *ἄφοβος*] *εἰμὶ* hic provocari non debebat. Ille enim, qui hanc glossam scripsit, similiter ad *ὁμαλὸς* verbum substantivum intelligere potuit: *mihi quia coniugium aequale est, non metuo;* neque enim tam elegantis iudicii isti librarii erant, ut repetitione eiusdem sententiae (*ἄφοβός εἰμι, οὐ δέδια*) offenderentur; accedit, quod nescimus, quomodo sequentia olim lecta fuerint. Illud verissime observavit Schoem., optantis tantum sententiam hic choro convenire, quare certum puto, *οὐ δέδια* interpretis verba esse; de reliquis ambigi posse, non est quod moneam.

919. *Πυστὸς*, Var. Lect. apud A. ad 907, non magis probandum, quam quod ad praecedentem versum affert *τόποις* pro *κτύποις*. cf. v. 925, Hes. *κτύπος-βροντή*. Fortasse illud *τόποις* ortum est ex *κόποις*, quod ad vocabulum *κτύποις* explicandum adscriptum esse potuit. Cf. Var. Script. Choeph. 23. — Permutantur *πείθεσθε* et *πύθεσθε* (Schol. B.) supra v. 274, *πύστις* et *πίστις*, Sept. 54. — Voss. 1. in hoc scholio pro *πύρπνοον* habet *πυρίπνοον*.

In Schol. B. ad 934. *ἄθλον*] *ἣν μανθάνῃς κάματον,* scrib. *τοῦδε*] *ἢ ἐὰν θάνῃς. ἄθλον*] *κάματον.* Eiusdem annot. ad v. 924. recte emendat Heath.

947. A. ad 945. *γράφεται ἡμέροις.* *Ἥμερος* hoc sensu omni auctoritate destitutum est [1]); scribendum puto *τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς, τὸν ἡμερίους,* per synizesin. Supra v. 685. *Ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν αἰφνίδιος μόρος.* Cf. Herm. D. M. p. 54. Ad sensum in hac appellatione articulus aptior videtur, quam participium, quod causam afferat. De *ἡμέριος* cf. Valcken. Phoen. 1515, Iph. Aul. 1342. Supra v. 546. non improbandum esset, si codex haberet *τίς ἔθ' ἁμερίων ἄρηξις;*

952. In scholio B. ad 950. vitiose scribitur *αὖθ'*; recte A. *αὔθ' ἕκαστα,* non *αὐθέκαστα.* Cf. Abresch. p. 60, Valcken. Phoen. 497. *Αὐτὸς* in hac locutione *ipse* significat, ut propria vis horum verborum sit: singula, qualia per se sunt, h. e. sine fuco, sine ambagibus aut ornamento, unde *λέγειν, ἐκφράζειν αὔθ' ἕκαστα* est res *distincte* et proinde *clare* tradere (*ἁπλᾶ καὶ σαφῆ* Valck.) Deinde frequenti usu factum est, ut *ἕκαστος* propriam vim amitteret, et *αὔθ' ἕκαστα* usurpari coeptum sit pro eo, quod vulgo dicimus, *ipsa per se,* ut apud Eur. Hec. 1196, *τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους,* i. e. bonum ipsum per se spectatum (non *singula bona per se*), quare malim ibi *αὐθέκαστ'* (*ὑφ' ἕν*) scribere. Novum hinc ortum

---

1) Passovium, in lex. s. v. hanc significationem vocabulo tribuentem, hunc unum locum cogitasse puto.

est vocabulum αὐθέκαστος, quo iam Philemon ap. Stob. Flor. II. 27. fragm. inc. 3 Mein. usus est. Apud philosophos homo αὐθέκαστος est vel is, qui αὐτὰ ἕκαστα dicit, i. e. sincerus et apertus, vel qui αὐτὰ ἕκαστα, *singula propter se* agit, neque favore aut gratia ducitur, gravis (qui certam agendi normam sequitur), severus, maloque sensu rigidus, morosus, arrogans. Exempla abunde affert Sallier. ad Thom. Mag. s. v.

In A. ad 966. (l. 3.) Voss. 1. recte δυςπραξίαν habet; in fine huius scholii legendum κρεῖσσον ἡγοῦμαι τοῦ ἀγγελιαφορεῖν - τὸ λατρευειν καὶ προςηλῶσθαι τῇ πέτρᾳ ταύτῃ.

994 (992). Αἰθαλοῦσα A et B. Praeterea A. γράφεται αἰθερoῦσσα, in quo vestigium est verae lectionis αἰθαλοῦσσα. Adiectivi ab αἰθὴρ formati constans forma est αἰθέριος; αἰθαλόεις apud Hesiodum quoque Theog. 72. fulminis epitheton est.

Schol. B. ad 1002. εἰςελθέτω] ἔννοια, γνῶσις (int. λείπει). Ex hac vel simili annotatione indoctus librarius conflavit scholion apud Faehs. ad 1002: καὶ συντάσσεται οὕτω· μὴ εἰςελθέτω σε γνώμη - ὅτι ἐγὼ φοβηθεὶς ἕνεκα τοῦ Διὸς θηλύνους - γενήσομαι.

1009. A. ad 1010. γράφεται, ἀλλ' ἐρεῖν μάτην, quod metro adversatur. Probabile est, illud ἀλλὰ primum explicationis gratia adscriptum, deinde male textui esse illatum; eodem modo supra v. 210. in quibusdam libris ante καὶ γαῖα, ἀλλὰ contra metrum intrusum est. Male tamen locum intellexit, qui hoc ἀλλὰ adscripsit; nulla enim oppositio est. Nam πολλὰ καὶ μάτην est πολλὰ μάτην vel πολλὰ μάταια. Usus hic parti-

culae καί, Homero solennis, ab hoc ad Atticos transiit. Cf. Sluiter, Lectt. Andoc. p. 143, Choeph. 741. πολλὰ καὶ μοχθηρὰ, Eum. 159. Ἢ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ. Abundantia, quae est in λέγων - ἐρεῖν, Graecis in ligata non tantum, sed pedestri etiam oratione perquam frequens est. Demosth. pro Cor. § 51, Bekk. et passim: εἰπέ που λέγων, Soph. Ai. 744. ὡς ἔφη λέγων, Herod. I. 122. ἔλεγε φάς. Quibus locis tamen ratio habenda est eorum, quae Frankius ad Dem. adv. Phil. II. § 11. de discrimine τοῦ λέγειν et εἰπεῖν vere monuit, illud orationes ipsas et orandi actum ante oculos ponere (*λέγειν stelt die Handlung des Redens in ihrer Wirklichkeit, in ihrer Dauer dar.*) Multo minus pleonasmus est, ubi alterum verbum gravius et ornatius, aut magis definitum est, vel participio accusativus adiicitur; ut in οἴχεται ἰὼν, ἀλύξας ἔφυγεν (Pers. 101), πιφαύσκων εἶπε (Choeph. 277), ἐκβάξει λέγων (Ag. 484), de quibus egregie disputat Lob. Ai. p. 340. Add. Arist. Ach. 177, Stallb. ad Plat. Symp. p. 195. B.

1028. Τοῦ σοῦ δέ, B. ad 1026. Vulgata longe significantior est. In Schol. A. ad 1030, sub finem pro αὐθαδίαν apud Faehsium est ἀναίδειαν.

1059. Schol. Faehs. ad 1056. εἰ δ᾽ εὐτυχῇ]-ἡ ἔννοια τοιαύτη· εἰ ταῦτα εὐτυχῇ δοκῶσι τῷ Προμηθεῖ, τί διαφέρει τοῦ μαινομένου; Ἄλλως· εἰ τὰ τοῦδ᾽ εὐτυχῶς ἔχουσι, τί χαλᾷ καὶ ἐνδίδωσι ταῖς μανίαις. In Voss. 1. haec leguntur: τί γὰρ ἐλλείπει τοῦ [μὴ] παραφρονεῖν αὐτὸν, ὦ Ὠκεανίδες [ἢ διὰ τί]· (τί) χαλᾷ καὶ ἐνδίδωσι τῶν μανιῶν, εἰ τὰ τοῦδε εὐτυχῶς ἔχουσιν. Verba ἢ διὰ τί

hic aliena sunt, quare uncis inclusi et τί addidi; quamquam ne vel. sic quidem, quid velit interpres, satis apparet. Postremo in Faehsianis legitur: Ἄλλως· εἰ τοῦδε εὐτυχεῖ, τί χαλᾷ μανιῶν; γράφεται καὶ εἰ τὰ τοῦδε εὐτυχῇ εἰσί σοι, τί χαλᾷ, ἐλλείπει, μανιῶν; Quae continent variam lectionem non in verbis poetae sed in scholio, quales saepius adscribuntur. Omnes autem hae explicationes ad duas lectiones referendae sunt; prior in scholiis Faehs. ad εἰ δ' εὐτυχῇ, altera, eaque, quae est in Voss. 1. ad εἰ τοῦδ' εὐτυχῇ; quae verba interpretari non poterant nisi τὰ in explicatione adderent. In optimo codice Mediceo posterior lectio est. Proxime accedit (ΕΙΓΟΥΔΕΤΥΧΗ) εἴ γ' οὐδὲ τυχῃ τι χαλᾷ μανιῶν, *si ne fortunae quidem cedens quidquam a furore remittit.* Soph. O. C. 590. ἀλλ' εἰ θέλοντάς γ' οὐδέ σοι φεύγειν καλόν; » quid autem si, quum te volunt recipere, ne tibi quidem decorum est eos fugere?" Eur. Med. 88, Soph. Ai. 1110. Χαλᾶν est idem fere quod εἴκειν. Soph. O. C. 203. ὅτε νῦν χαλᾷς, Schol. ὅτε νῦν εἴκεις, Hec. 403. χάλα τοκεῦσιν. Genitivus adiicitur ut in εἴκειν πολέμου, ἕδρας τινί. — Promethei μανία est obstinatus animus et pertinacia, qua nemini cedens in voluntate perseverabat. Cf. μανικὸς apud Plat. Symp. p. 173. D, Groen v. Prinsterer, Prosop. p. 205; de plur. μανίαι, Arist. Nub. 831, Schol. Pac. 63. Fortunae autem cedere sapientis habebatur. Soph. Phil. 1316, fr. 279. Ahrens. Aristonymus ap. Stob. Serm. III. p. 39. Gesn. Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης.

In Schol. A. ad 1058 et 1063 pro ὄχημα (τῆς βροντῆς) in scholiis Faehs. et Voss. 1. recte legitur ἤχημα.

1072. Schol. A. (ad 1071, Faehs. 1070.) in lemmate ἄττ' ἐγὼ, vel propter metrum damnandum; pro eo in Voss. 1. scribitur ἄτ' ἐγώ.

Schol. A. ad 1080 (p. 132. l. 4), Faehs. et Voss. 1. ἑλίσσουσι (non εἰλ.) καὶ συστρέφουσιν, eadem varietate, quae supra est v. 138, in lemmate Schol. B. Sub finem pro τρίχωμα ex Voss. 1. substituendum est τρικυμία (scribitur ibi τρυκιμία).

1092. Stephanus lectionem φόνον etiam in scholiis exstare dicit, in quo tamen haud scio, an falsus sit. Certe in editione scholiorum, ad quam annotationem scripsit (Vict.) est φόβον (A ad 1080. s. f.), et sic quoque Voss. 1. Recte utique monet Well. φόνον contra sensum esse; sed supra v. 355, ubi Typhoeus dicitur σμερδναῖσι γαμφηλῇσι συρίζειν φόνον, φόνον retinendum puto, neque admittendam scholiastae lectionem φόβον. Illud certe gravius. Contra Sept. 116. κινύρονται φόνον χαλινοὶ, φόνον nimis turget; et chorus non tam metum instantis mortis, quam horrorem e belli tumultu ortum significat, quare lubenter Schwenckio assentior scribenti φόβον.

SEPTEM CONTRA THEBAS.

13. Ὥραν et ὤραν affert Schol. A, ὥραν B. et Schol. Voss. 2. ἕκαστον καὶ πάντα ἔχοντα ὥραν καὶ φροντίδα ὑπὲρ τῆς πόλεως, ὡς καὶ καθὰ συμπρεπές ἐστι 1) καὶ ἁρμόδιον ὑπάρχει, καὶ τῇ πόλει ἀρήγειν καὶ βοηθεῖν καὶ τοῖς βώμοις, rell. — B. explicat ἕκαστον] μειράκιον (τὸν ἐλλ.-ἀκμ.), γέροντα (ἔξ. χρ.), νεανίσκον (βλ.-πολύν). Duo sunt, quae huic interpretationi mihi videntur obstare. Prius cernitur in articuli, alterum in copulae ante ἀλδαίνοντα illicita omissione, quorum illud etiam contra lectionem ὥραν ἔχοντα pugnat; ἕκαστον autem non ad eos tantum pertinet, quorum mentio proxime praecedit, sed refertur ad ὑμᾶς v. 10. Propterea omissa copula cum Dindorfio scribo ὥραν ἔχονθ' ἕκαστον. Ἔξηβος est qui virilem aetatem attigit; Hesych. ἔξω τῆς ἥβης, τριάκοντα πέντε ἐτῶν. Βλαστημὸν ἀλδαίνοντα σώματος πολύν, quod explicationis gratia adiectum, significat *qui magnum corporis incrementum alit*, h. e. qui corpus habet robustum, qui est in flore aetatis (cf. infra ad 604). Horum

1) Ms. κατὰ συμπρεπές τι.

Ὅπως γένοιτο πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου, metrum coniunctivum non patitur. Attractionis huius οἰκιστῆρας πιστοὺς ὅπως γένοισθε quamquam rarae geminum tamen exemplum exstat: Eur. Iph. T. 925. σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ' ὅπως Δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα, ubi cf. Herm.

35. Τέλοῖ, A ad 30, sub f., quod ferri nequit, quoniam verba εὖ τελεῖ θεὸς rationem continent dicti proxime praegressi μηδ' ἐπηλύδων Ταρβεῖτ' ἄγαν ὅμιλον.

43. Μελάνδετον Schol. A. exponit τὸ μελανθὲν τῷ αἵματι; similiter Schol. ad Eur. Orest. 812. Ille addit τὸ μελάνδετον καλῶς ἐπὶ ξίφους ῥηθείη, ἐπὶ δὲ σάκους παρέλκει τὸ δετον. Melius vocabuli sensum perspexit is, qui postrema verba adscripsit: Ἢ τὸ περιφέρειαν σιδηρᾶν ἔχον· μέλας γὰρ ὁ σίδηρος. Cf. Eust. ad Il. XV. 713, p. 1039. 35 ed. Rom. Significatur clypeus e corio confectus et margini ferreo inclusus. Teste Blomfieldio vocabulum alibi de clypeo dictum non invenitur, sed χαλκόδετον σάκος est infra v. 145, et alibi.

65. Τόνδε, B. Schol. Voss. καὶ τόνδε καιρὸν λαβὲ] τουτέστι μὴ ἀφήκῃς [1]) τὸν προσήκοντα καιρὸν [παρελθεῖν] μηδὲ τοῦ προσήκοντος ἐκπέσῃς [2]) χρόνου. In lemmate Voss. 1. correctum τόδε. Vulgatae sensus est: *atque haec perficiendi opportunitatem arripe*, non ut Ahrensio placet, *contra haec*; respicitur ad φράξαι v. 63, nec pluralis numerus offensioni esse debet,

---

1) Voss. 1. ἀφήσῃς, 2. ἀφήσεις.

2) ἐκπεσεῖν, Voss. 1.

cf. infra v. 212, Pers. 226, Suppl. 428, et centies alibi; vid. Stallb. ad Plat. Gorg. init. *Τόνδε* tum demum recte legeretur, si non *ὅςτις*, sed *ὃς* sequeretur; nam *καιρὸν ὅςτις ὤκιστος λαβὲ* est ***paratissimam quamque arripe occasionem.***

69. Schol. Voss. *ὦ Ζεῦ καὶ Γῆ οἱ τὴν* (f. *θεοί τε τὴν*) *πόλιν συνέχοντες καὶ ἑδραιοῦντες, ἡ ἀρά τε τοῦ πατρὸς Οἰδίποδος ἡ μέγα δυναμένη, μή μοι τὴν πόλιν πρυμνόθεν, ἤτοι ἐκ τῶν βάθρων αὐτῶν παντελῶς ὀλοτρευθεῖσαν ἐκκόψαιτε* (sic) *δηάλωτον* (in l. supra scriptum *δορυ*) *καὶ ὑπὸ δηΐδος καὶ μάχης καὶ*[1]) *πολέμου κρατηθεῖσαν.* Hic interpres omnino *πρυμνόθεν* legit. Schol. B. *πρυμνόθεν*] *ῥιζόθεν.* Eustath. ad Od. XVII, p. 1828. 32, ed. Rom. *πρυμνόθεν τομή, ἡ πρόῤῥιζος.* Hesych. *πρυμναδε, πρυμνόθεν, πᾶν γὰρ τὸ πρόςγειον* [*κάτωθεν*] *πρυμνὸν λέγεται*, quibus, nisi fallor, significat, scribendum esse *πρύμναδε, πρυμνόθεν*, non *πρέμναδε, πρέμνοθεν.* Idem *πρυμνὰ, τὰ πρέμνα.* — *Πρυμνὸς* et *πρέμνον* eiusdem procul dubio sunt originis, sed usu differunt; nam *πρέμνον* tantum pro ***radice*** dicitur, *πρυμνὸς* habet latiorem ***extremi*** significationem. Itaque *τὸ πρυμνὸν* alicubi ***radicem*** significasse ubi genitivus facile ex proximis verbis suppleri posset, eoque alterum Hesychii locum esse referendum, a ratione non alienum est; quamquam exempla non afferuntur, neque in Homero, apud quem frequens est adiectivum *πρυμνός*, ullum exstat. Itaque si poëta hic et infra v. 1048 *ῥιζόθεν* significare voluit, quod ex

1) *δηΐδος κ. μ. καὶ* om. Voss. 1.

verbo *ἐκθαμνίσητε* et similium locorum comparatione probabile videri debet, *πρέμνοθεν* cum Blomfieldio praeferendum est. Hesychii verba (v. *πρύμναδε*) si supra recte interpretatus sum, non mirum *πρυμνόθεν* alibi quoque a grammaticis pro *πρέμνοθεν* esse substitutum. Ceterum imago quae est hoc loco antiquis poëtis familiaris est. Noster Eum. 379. *γῆν — Ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοί*, Prom. 1048. *χθόνα δ' ἐκ πυθμένων Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι*. Solon. frgm. 12. 9. *πλοῦτος δ', ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίνεται ἀνδρὶ Ἔμπεδος ἐκ νεάτου πυθμένος εἰς κορυφήν*. Callim. in Del. 35. *Καὶ τὰς μὲν (νήσους) κατὰ βένθος, ἵν' ἠπείροιο λάθονται Πρεμνόθεν* (v. *πρυμνόθεν*) *ἐῤῥίζωσε*. Soph. El. 755. *πρόῤῥιζον, ὡς ἔοικεν, ἔφθαρται γένος*. Adde quae afferunt Valcken. ad Hipp. 683, Blomf. ad h. l.

79. Schol. A. ad 80 hunc locum explicat, quasi verba hoc ordine legisset: *Μεθεῖται στρατὸς πρόδρομος ἱππότας. Στρατόπεδον λιπὼν ῥεῖ πολὺς ὅδε λεώς*, vel *Ῥεῖ π. ὅδε λ. στρατόπ. λιπ.*, nam de verbis *στρατόπεδον λιπὼν* nihil in interpretatione. Cum Schol. A. consentit Schol. Voss. 1, nisi quod l. 2. recte *ὁρμῶν* pro *ὁρμᾷ* ponitur. Voss. 2. *ὁ στρατὸς συγκεχώρηται καὶ ἀφίεται πρὸς τὴν πόλιν, καταλείψας τὸν τόπον, ἔνθα ἔκειτο. Ὧδε* (MS. *ὧδε*; excidit *ῥεῖ*) *πολὺς λαὸς ἱππότης πρόδρομος ἤτοι δρομαῖος ἢ προτρέχων τῶν ἄλλων, οἱονεὶ τῶν πεζῶν*, quae si cum Schol. A. ad vs. 80 comparantur, suspicio nascitur, eum, qui hunc librum scripserit, antiquam interpretationem secundum lectionem, quam ipse in textu invenisset, immutasse.

Cuius rei alibi quoque exempla mihi deprehendisse videor. Hoc loco illa Voss. 2. annotatione non tantum ordo vulgatus confirmatur, sed quum scholii editi verba lectionem *πολὺς* (explicatur enim *τὸ τοῦ στρατοπέδου ὅλον*) dubiam reddant, hic aperte ad *πολὺς* respicitur. *Πολὺς* optime se habet. Demosth. de Cor. § 136. *τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι οὐκ εἶξα*, Horat. Sat. I. 7. 28. *salso multoque fluenti — regerit convicia*. Cf. Valck. ad Hipp. 443. — *Πολὺς ὧδε* (δ'enim omittendum) est in lemmate Schol. A, de qua lectione recte iudicat Well. Eadem varietas est Prom. 937. *ὅδ' οὖν ποιείτω* (Soph. Ai. *οἵδ' οὖν γελώντων*). Cf. Wunder. ad Phil. 771, Ant. 522, infra 843, et alibi.

A. ad h. l. *τὸ χ πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ στρατοπέδου*, in quibus Voss. 2. inepte *τὸ ῥεῖ πρὸς*. In Aeschylo praeterea hoc signum appositum invenimus Choeph. 529 (527, Well.), ubi Schol. *τὸ χ ὅτι ἀπὸ ὄψεως παρήγαγε τὸ ὄψανον*; in Suppl. v. 874. *χ* fortasse lacunam indicat. Schol. ad Prom. 9. *τὸ χ διὰ τὸ σφέ*. Cf. Schol. ad Eur. Med. 33. (*ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει*) apud Casaub. ad Diog. Laërt. III. 65. *τὸ χ, ὅτι κακῶς τῷ σφὲ ἐχρήσατο, ἔδει γὰρ αὐτὴν εἰπεῖν*. Wolf. *Prolegg. ad Hom.* p. CCXLVII, not. Sophoclis locos hac litera notatos affert Wolff, *de Scholl. Laurent.* p. 28. Vid. praeterea Schol. ad Pind. Ol. VI. 23, 78, VII. 159, VIII. 10, Isthm. V. 47, Aristoph. Av. 76, Eur. Med. 1343, Or. 81. In Platone *χ* apponebatur verbis et figuris huic propriis. Sic enim interpretandus Diog. Laërt. III. 65. Sed

cavendum, ne idem in tragicis factum esse putemus; nam eadem signa in aliis scriptoribus aliud significabant. Cf. Villoison. Prolegg. ad Scholia Veneta, p. LIX, et Hephaest. Ench. p. 74. (Pauw.) ibidem laud.; potius omnes tragicorum versus, qui quamcunque tandem ob causam memorabiles videbantur, sic notari solebant. Herm. ad. Ant. 1151, Schol. ad Med. 1343. *ὅτι δοκεῖ τὸν στίχον τοῦτον εἰπὼν Εὐριπίδης ἐκβεβλῆσθαι, διὸ καὶ κεχίασται.* Itaque poterat quidem *χ* versibus apponi, qui suspecti videbantur, non tamen continuo sequitur, ubi *χ* inveniatur, versum spurium a grammaticis esse iudicatum, videturque omnino aliud et peculiare signum *τῆς ἀθετήσεως*, fortasse obelus, fuisse, nam si notatio tam ambigua fuisset, non, ut nunc fit, sine ulla dubitatione interpretes *ἀθετεῖσθαι στίχον* retulissent. Vid. Schol. Or. 629, Rhes. 41, Or. 1352, Richter, l. l. p. 31. Alexandrinis grammaticis *τὸ χ* deberi, recte statuere videtur Wolff, l. l. p. 27; de eius origine cf. Etym. Gud. v. *κίβδηλος*, p. 321. 17. Sed ut illuc redeam, Stanleius h. l. non *χ* sed *χρ* i. e. *χρηστὸν* sive *χρήσιμον* appositum fuisse suspicatur; sed nescio, cur fidem negemus scholiastae, tradenti hunc locum propterea memorabilem visum esse, quia discrimen *τοῦ στρατοῦ* et *στρατοπέδου* hinc clare perspici posset.

81, sqq. Plura ad hunc locum in utroque Vossiano exstant scholia, quae quamquam ad verba corrupta emendanda non sufficiunt, tamen fortasse viam ad verum inveniendum monstrare poterunt.

I. Schol. Voss. 2. *σαφὴς δὲ] στικτέον εἰς τὸ δέ, ὡς*

ἂν ἡ σύνταξις ᾖ [1] *τοιαύτη· ἡ κόνις φανεῖσα αἰθερία, ἤγουν ἐν τῷ ἀέρι, πείθει με τὴν ἔφοδον ὑπονοεῖν τοῦ στρατοῦ, ἄναυδος καὶ ἄφωνος οὖσα, σαφὴς δέ. — Τὸ δὲ ἔτυμος ἄγγελος οὕτως νοητέον καὶ συντακτέον· ὁ ἄγγελος ὁ ἐλεδεμνὰς* [2] *ἤγουν ὁ ἐλάσας ἡμᾶς τῶν δεμνίων (στικτέον γὰρ καὶ ἐν τούτῳ), ὁ πρὸ μικροῦ ἀπαγγείλας τῷ Ἐτεοκλεῖ τὴν τοῦ στρατοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἐπίθεσιν, ἀληθὴς ἦν.* Cum hoc scholio recte coniungentur quae leguntur apud A. ad 83, inde a verbo *πεδιόπλ.*, quae, paucis mutatis, cum Mediceo consentiunt. Cf. Dind. Praef. ad Annot. p. 16.

II. Schol. Voss. 1. *ἐλεδεμνὰς χρίμπτεται βοὴ] χρίμπτεται, προςπελάζει ἡμῖν τι, [ἡμῖν προςπελάζει σε] πεδιοπλόκτυπος* [3] *(βοὴ), ἤγουν ἐκ τῶν ἁρμάτων κτύπον ἐμποιοῦσα τῇ γῇ, ἐλεδεμνὰς ἀντὶ τοῦ (τὸ) δέμας καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν τῷ φόβῳ λαμβάνουσα καὶ περιθλίβουσα. Τινὲς δὲ ὠτὶ χρίμπτεται γράφουσιν. — Ἐλεδέμνας ὁ κατέχων καὶ δαμάζων· ἐλεδεμνὰς δὲ ὁ κατέχων τὸ δέμας.* Pro *ἐλεδέμνας ὁ κατέχων καὶ δαμ.* scribendum *ἐλεδάμνας*, quod supra alieno loco (I) in scholio Voss. 2. legebatur. In reliquis correctio *ἐλέδεμας* necessaria non est. Scholiastes enim literam *ν* epicorum exemplo (Thiersch. § 173. 1.) insertam fuisse, credere potuit.

III. Schol. Voss. 2. *Ἐλεδεμνάς* [1] *τε] καὶ ὁ ἐλαύ-*

---

1) Ms. *εἴη*. 2) Ms. *ἐλεδαμνάς*.

3) Sic, ut videtur; nam recentior manus correxit *πεδιόκτυπος*; *βοὴ* excidisse, quisque videt. Pro *ἐλεδεμνὰς* in hoc scholio ubique malim *ἐλεδ.* (ab *ἐλεῖν*).

4) Ms. *ἐλεδ.*

νων καὶ διεγείρων ἀπὸ τῶν δεμνίων πεδιοπλόκτυπος, ἤγουν ὁ κτύπος ὁ ἐκ συγκρουσμοῦ τῶν ὅπλων πρὸς λήλα καὶ (fort. ἢ) τῆς ἐν τῇ γῇ τῶν ἵππων ποδοκροτήσεως [1]) γινόμενος χρίμπτεται καὶ προςπελάζει ἡμῶν τοῖς ὠσίν. Male quis hinc efficeret, interpretem βοὰ non legisse; potius invenisse videtur βοᾷ, ποτᾶται, βρέμει.

IV. Denique B. ad 84. ἐγχρίμπτεται; collatis librorum lectionibus ipsaque Scholiastae interpretatione probabile est, hunc ὠσὶ non habuisse.

Ex his hae existunt variae lectiones:

I. *Αἰθερία κόνις με πείθει φανεῖσ'*
Ἄναυδος, σαφὴς δ'· ἔτυμος ἄγγελος
Ἐλεδεμνάς· πεδί' ὁπλόκτυπ'
Ὠσὶ χρίμπτεται βοάν.

quae sic explicantur: aetherius pulvis mihi persuadet sublatus, mutus, sed manifestus; verus (erat) nuncius, qui me e stratis excitabat; solum calcibus [2]) pulsatum admovet (facit ut accedat) auribus clamorem." Quae quamvis scite excogitata, vera tamen esse nequeunt; coacervatio enim adiectivorum ante unum substantivum (ἄναυδος, σαφής, ἔτυμος) Aeschylo cum maxime propria est. Δὲ ex interpretatione natum. Cf. quae ad Prom. 1009. allata sunt, et A. ad 80, ubi qui posteriorem interpretationem scripsit magis ad

---

1) Ms. πεδοκρ.

2) Med. in Schol. A. pro τοῖς ὅπλοις habet τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ὅπλων, ubi leg. καὶ ταῖς ὁπλαῖς.

praegressa quam ad poëtae verba attendens a vera lectione aberravit. In reliquis *χρίμπτεται* (non *ingruit* sed *facit ut ingruat*) factitiva significatione positum inauditum est, et sequentia *ποτᾶται*, *βρέμει* subiecto carent; ex qua difficultate ut se expediat, Schol. Med. interpretatur *ἔχει* (recte Vict. *ἠχεῖ*) *δέ*, *φησί*, *τρόπον ποταμῶν τὰ πεδία τῆς γῆς μου*, — *βρέμει*, ut videtur, ad *πεδία* referens; sed sic pendet *ποτᾶται*. *Βοὰν* pro *βοὰ* positum est, ut *πεδί' ὁπλόκτυπ'* explicari posset.

II. *Ἑλεδεμνὰς πεδιοπλόκτυπός*
Τι χρίμπτεται βοά,

cum var. lectt. *ἐλεδάμνας* et *ὠτὶ χρ.* In his nihil est, quod probari possit, nisi forte *ἐλεδεμνὰς* aut *ἐλέδεμας*, sed significatio illius vocabuli mihi huic loco minus congrua videtur. Cf. etiam Lob. Paralip. p. 226.

III. *'Ελεδεμνάς τε πεδιοπλόκτυπος*
'Ωσὶ χρίμπτεται. βοᾷ, rell.

Πεδιοπλόκτυπος et *βοὰ* ut coniungantur, suadet *ἁρματόκτυπος ὄτοβος*, infra 186.

IV. [*'Ωσὶν*] *ἐγχρίμπτεται βοά.*

Restat, ut quae lectio vera vel vero proxima sit diiudicetur. Ut autem ab iis incipiam, quae in verbis *ἐλεδ.-βοὰ* reliquis minorem corruptelae suspicionem movent, *πεδιοπλόκτυπος βοὰ* non dubito, quin Aeschylo vindicari possit. *Πεδιοπλόκτυπος* enim cum Hermanno active dictum, compositumque puto ex vocabulis *πεδίον* et *ὁπλοκτυπεῖν*; unde intelligitur, verba *πεδιοπλόκτυπος* (vel, quod Hermanno placet, *πεδί' ὁπλοκτύπος*) *βοὰ* significare *sonum, quem campi edunt*

equorum ungulis pulsati, vel, si ad verbum vertis, *clamor campos ungulis pulsans*. Traiectionis audacia defenditur locis, quos infra ad v. 332. afferam; κτυπεῖν autem in compositis interdum activam vim habere, demonstrat ἀλίκτυπος (sic vulgo accentus notatur), quod Ritschelium ap. Engerum l. l. p. 43, sq. praeteriisse videtur. Quod si βοὰ eum, quem nunc habet locum tenere debet (nec quidquam est in MSS. aut Scholiastarum interpretationibus, quod, ut contrarium statuamus, suadeat) alterius versus initium iambicum esse, probabile est. Totum locum sic emendandum esse coniicio:

ἒ ἒ λεωδαμὰς πεδιοπλόκτυπός τ'

ἐγχρίμπτεται βοὰ, ποτάττει, βρέμει δ', κ. τ. λ.

Adiectivum λεωδαμὰς a δαμάω formatum est, sicuti φοιτὰς a φοιτάω, συνορμὰς, συνδρομὰς, alia, de quibus vid. Lob. Pathol. p. 440. Λεωδαμὰς βοὰ est *clamor bellicus*; significatur igitur clamor bellatorum sonitusque terrae equorum ungulis pulsatae. Τ' ἐγχρίμπτεται quare mihi probabile videretur, iam dixi; posse hinc reliquas lectiones explicari ostendendum est. Ὡσὶ prorsus verum non esse, quivis, opinor, inspecta scripturae varietate videbit. Permutari autem τέ et τὶ, satis notum (cf, si tanti est, supra v. 13); itaque facilis erat transitus a τ' ἐγχρ. ad τι χρ. Deinde glossema ὠσὶ quum semel in textum surrepsisset, τι cum hoc permixtum ὠτὶ peperisse videtur. In aliis libris illud ὠσὶ praegressi vocabuli exitum (ος τι) simul absorpsit. — Ποτάττει est Viri Docti coniectura, quam lubenter recepi; requiritur enim, quod accedere

clamorem significet, *προςάσσω* autem optime hoc sensu dicitur. Prom. 134. *Κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρων Μυχόν*. De particula *τὲ* epitheta, quae dicuntur, ornantia, iungente, vide quae vere monuit Engerus, l. l. p. 54.

88. Schol. Voss. 2.... *καὶ ὁ Λυκόφρων* (v. 25) *»ὑπὲρ Καλυδνῶν λευκὰ φαίνουσαι πτίλα,"* *ἤγουν τὰ ἱστία ὑπεράνω τῶν Καλυδνῶν φαίνουσαι νήσων, ἀντὶ τοῦ μικρόν τι ταῦτα τῶν νήσων ἐξέχοντα. Τοιοῦτο οὖν ἐστι καὶ τὸ ὑπὲρ τὰ τείχεα*, ubi apparet scribendum esse *τῶν τειχέων*. Explicatio non magis probanda quam Schutziana; nam verba, quo modo nunc leguntur, non aliud significare possunt quam exercitum pro muris, ad muros defendendos, prorumpere, quocum sequentia *ἐπὶ πόλιν διώκων* pugnant. Schol. B. *βοὰ* (sic scrib.)] *ἐστιν*; hic igitur verba *βοὰ ὑπὲρ τειχέων* a sequentibus seiungens interpretatus est: *clamor supra moenia oritur*, quod melius quam vulgata lectio, displicet tamen propterea quod oratio sic nimis distrahitur et dirimitur. Proxime ad vulg. accedit *βοᾷ ὑπ' Ἀργείων* (*ΥΠΕΡΤΕΙΧΩΝ, ΥΠΑΡΓΕΙΩΝ*), ex quo recepta lectio facile nasci potuit, *Γ* in *Τ* mutato. *Χ* autem perquam simile est compendio exitus *ων* composito cum accentu acuto penultimae syllabae. Dativus *βοᾷ* quamvis defendi possit ex iis, quae affert Hemsterhusius ad Luc. I. p. 355, praefero tamen:

βοὰν ἐπ' Ἀργείων
ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐ-
τρεπὴς ἐπὶ πόλιν διώκειν,

splendidis peltis instructus Argivorum exercitus in pugnam irruit, paratus ad urbem aggrediendam. Primus versus est ischiorrhogicus; in secundo finis dimetri dochmiaci in medium vocabulum incidit, ut infra v. 185, 401, 668, 674; in ultimo denique *διώκειν* scripsi cum Hauptio, quod, omisso *πόδα*, absolute positum est (*accurrere*). Cf. Xen. Anab. VII. 2. 20, Hom. hymn. in Merc. 350, Eur. Heracl. 612, eodemque modo *διώκομαι*, Soph. El. 859. Infinitivus adiicitur ut in *εὐδρακὴς λεύσσειν*, Soph. Phil. 848. *Εὐτρεπὴς* autem habet Schol. B, *εὐπρεπὴς*, A, quod etiam in vulgata lectione priori postponendum, nam alienum est ab animi angore, in quo chorus versatur, armorum splendorem animadvertere. De confusione horum vocabulorum multi egerunt, quos recenset Blomf. ad h. l. Pro *εὐτρεπὴς* Mead. 1. *εὐτερπὴς*; in contrariam partem peccatum est Prom. 31; unde explicanda glossa, quae alieno loco in Schol. A. ibid. legitur, *ἧς οὐ δυνήσῃ παρατραπῆναι*, quod pertinet ad *ἀτρεπῆ*, male pro *ἀτερπῆ* positum.

94. A. *ταῦτα δέ (ἀκμάζει-ἀγάστονοι) τινες τῶν τοῦ χοροῦ γυναικῶν πρὸς τὰς ἑτέρας φασίν.* Quod recte vidit; nam ut hos versus inter chorum divisos fuisse statuamus, suadet illud, quod similis sententia, quae exclamationis speciem habet, saepius sine copula ponitur, quam ne cum librariis intrudamus, summopere cavendum est. Sic improbandum *βοᾷ δ'*, quod Blomf. v. 88 dedit; similiter v. 80 contra metrum *δ'* post *πολὺς* insertum est. Manifestum hoc praeterea est ex vs. 96. *ἀκούετ' ἢ οὐκ ἀκούετ' ἀσπίδων κτύ-*

πον; ubi recte Schol. τοῦτό φασιν· ἆρα φανταζόμεθα ἢ ἀληθῶς ἀκούομεν; illis apte respondet v. 99. κτύπον δέδορκα, πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός. Haec quum satis aperta videantur, perquam tamen difficile est statuere, in quot partes hi versus sint dividendi. Vss. 78-110 inter quindecim choreutas divisit Haupt., 78-103 inter duodecim C. G. Müller (*de Aesch. Sept. c. Theb. Diss. inaug.* Gott. 1836, p. 69, sqq.), sed a singulorum deorum invocatione v. 94 vel 100 novam carminis partem incipere, probabile est; Hauptius praeterea separavit, quae commodius coniungantur. Sic v. 84. ποτᾶται est tertii choreutae, βρέμει quarti; versus 104 et 105, ordine inverso, diversis adscripsit choreutis. Antistrophica praeter hos restituere conati sunt Seidlerus et Lachmannus, singuli diversam rationem secuti. Denique explicatius sententiam suam dixit Ritschelius apud Engerum l. l. p. 36, sqq. Hic igitur, specimine proposito, quomodo possint antistrophica restitui ostendit, ipse tamen, quae sententiae suae obstent, memorare non neglexit. Praecipuum responsionis argumentum petitur ex aequabilitate metri in extrema carminis parte, et vss. 111 - 119 comparatis cum 125 - 134. Ac respondere sibi versus 150 - 156 et 157-163, propter unius syllabae defectum (v. 154) non in dubium vocandum est. Sed in reliquis, quos modo nominabam, duodeviginti versibus (111 - 119, 125 - 134) tot sunt eiusdem mensurae, ut debile sit, quod ex metri similitudine petitur, argumentum. Sunt enim dochmiaci dimetri septem, antispastici sex, in reliquis duo tantum versus similes 112 et 126.

Itaque argumentis adhuc prolatis nondum adducor ut ea quae v. 150 praecedunt, antistrophica existimem. Tantum quidem apparet, tres esse huius carminis partes; in prima chorus in orchestram, fortasse, ut Muellero videtur, *σποράδην* intrat (78-93), et causam adventus sui metumque aperit; haec sic dividi potest, ut choregi sit v. 78, a binis deinceps choreutis canantur 97: *Μεθεῖται* —, 81: *Αἰθερία* —, 83: *'Ελεδεμνάς* —, 86: *'Ιὼ* —, 88: *Βοᾷ* —, 90: *Τί;* —, 91: *Πότερα* —, unde chorego addito quindecim personarum chorum haberemus. Altera pars longe maior (93 - 149) continet singulorum deorum invocationes. Denique ultimis versibus (150 - 163) virgines ab universis diis incolumitatem urbis deprecantur.

97. A. *Πότε στέφη ῥίψομεν ἢ πέπλους ἐπὶ γῆς*, rell., quae pertinent ad vulgatam lectionem. Schol. Voss. *Τινὲς δέ· πότε τῶν πέπλων καὶ τῶν στεφέων τῶν ἡμετέρων καὶ κεφαλοδεσμῶν ἀψόμεθα* (itaque *ἕξομεν* pro *ἑξόμεθα* accepit, cf. Schol. B.), *καὶ ταῦτα ῥήξασαι καὶ πρὸς τὴν γῆν καταῤῥίψασαι* [1]) *ὀλοφυρμὸν αὐτοῖς περιθήσομεν, εἰ μὴ νῦν περὶ τὰς λιτάς* [2]). Credebat hic interpres, chorum vestes prae dolore scindere, coronas in terram proiicere velle. Iure hanc interpretationem improbat Schol. B, qui horum verborum sententiam bene exponit. Cum Seidlero tamen scribendum *λίταν'*, ut iungantur *λίτανα πέπλων καὶ στε-*

1) Voss. 2. *κάτωθεν ῥίψ.*

2) V. 1. *τὰς λέοντας*, Voss. 2. *τὴν λιτήν.*

φέων, i. e. πέπλους καὶ στέφη λιτανευτικά. Soph. O.C. 923. ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια, Erf. ad Ant. 1194. ἄσημα βοῆς, Matth. Gr. § 442. 4. — Ἔχειν ἀμφί τι, *alicui rei intentum esse.* Luc. Necyom. c. 7, sub f. τὸ λοιπὸν ἀμφὶ πλοῦν εἴχομεν, quem locum affert Schol. Bis Acc. 12, ἀμφὶ τὰς δίκας ἔχετε, Xen. Cyrop. V. 5. 44, VIII. 1. 13. Facilior erit loci intellectus, si cum amico, cuius iudicium magni facio, scribimus ἀμφὶ — ἐσσόμεν pro ἕξομεν.

101. Voss. 1. in lemm. τὴν τεάν. Τεὰν tam propter rariorem pronominis formam quam propter metrum recipiendum videtur; pro τὴν scribendum τάν.

105. Ἴθ' ἴτε πάντες, Schol. A, qui refert alios θ euphoniae causa positum existimasse, alios ἴθ' ad Martem, ἴτε ad omnes deos retulisse. Unde Hauptius efficit, hunc et praecedentem versum sedes mutasse, et olim lectum fuisse:

Ὦ χρυσοπήληξ δαῖμον - -
Ἴθ', ἴτε πάντες
Θεοὶ πολισσοῦχοι χθονός.

Sed sic antiqui interpretes non in hoc loco haesissent. Quare vulgatus ordo retinendus videtur; quum tamen in omnibus quos interpres nosset libris ἴθ' esset, θ autem et δ saepius permutentur, vera videri possit Turn. coniectura ἴδετε [1]), quod praecipue propter repetitionem placet. Ita rectius quoque haec praecedentibus iunguntur; Tu, inquit chorus, haec adspice,

---

1) Philodem. de Rhet. l. IV (ex volumm. Herculan) c. 9. l. 25. θιαφεύγειν pro διαφ. et similiter alibi.

Mars; vos *omnes* dii urbis praesides nos *adspicite*. — Ceterum versus antispasticus est, neque *ὧδε*, quod in fine addit Dind., necessarium est.

109. A. ad 108. *ταῦτα τροπικῶς εἶπεν. Ἤτοι, ὀργὴ καὶ θυμὸς τῶν δοχμολόφων ἀνδρῶν ταῖς πνοαῖς, ταῖς ἐκπεμπομέναις τοῦ στόματος αὐτῶν, καχλάζει καὶ τῶν ῥινῶν ἔξωθεν.* Quidquid legit, interpretatio ridicula est et inepta. In libro ad quem haec annotatio scripta est, fortasse exstabat *θῦμα* 1) pro *κῦμα*, exciderat *Ἄρεος* ante *ὀρόμενον*. Sanissima est vulgata. In fine fabulae, *ὅδε Καδμείων ἤρυξε πόλιν. Μὴ 'να-τραπῆναι, μηδ' ἀλλοδαπῶν Κύματι φωτῶν Κατακλυσθῆ-ναι ταμάλιστα*, supra 80. *ῥεῖ πολὺς ὅδε λεώς*, Pers. 404. *Τὰ πρῶτα μὲν δὴ ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ Ἀντ-έχεν*, Soph. Ant. 128. *καί σφας ἐσιδὼν Πολλῷ ῥεύ-ματι προσνισσομένους, Χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτοτέρους* (sic Wolff. l. l. p. 96). Add. quae affert Valck. ad Phoen. v. 248. Mediceus hoc habet scholion: *ταῖς πνοαῖς τῶν ἀνδρῶν καχλάζει ὥσπερ* (*quasi*: *κῦμα* est subiectum) *κῦμα. Καχλάζει δὲ οὐ βορέου ἢ νότου πνοῇ, ἀλλὰ τοῦ Ἄρεως.* In quibus duae permixtae sunt interpretationes. A *πνοαῖς* in priore pendet *δοχμ. ἀν-δρῶν*, in altera Ἄρεος. Illa qui scripsit dixeris Ἄρεος non legisse.

114. Schol. Voss. *φόβος δὲ ἡμῖν ὑπὸ τῶν πολεμικῶν ἀνδρῶν ἐγγίνεται.* Legit *ἀνδρῶν* pro *ὅπλων*, vel *ἀρεί-ων* omisso *ὅπλων*.

---

1) Non me fugit, hoc vocabulum illo sensu numquam dictum esse, potuisse istum scholiasten ita interpretari, nemo negabit.

115. Voss. 1. Γράφεται καὶ δεδιά δέ τοι (sic), καὶ συντάσσεται οὕτως· αἱ διὰ τῶν ἱππείων δέ τοι γεννύων [1]) χαλινοί. Apparet corrigendum esse διὰ δέ τοι. Med. in margine adscriptum habet διάδε τοι, Paris. διά δέ τοι, quod Faehs. p. 92. nescio quare corrigit διὰ δετοί. Optime Dindorfius διάδετοι δέ τοι; plurimorum librorum lectio est διάδεται γ. omisso δέ (sic etiam Schol. B.), quod librarii addiderunt; post illud vocabulum facile δέ τοι excidere potuit. Infra 162. Φιλοθύτων δέ τοι πόλεος ὀργίων Μνήστορες ἔστε μοι. Ag. 948. μέλοι δέ τοι σοὶ τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν, Ag. 1644. εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο τῶνδε ἅλις γ' ἐχοίμεθ' ἄν, Δαίμονος χηλῇ βαρείᾳ δυςτυχῶς πεπληγμένοι (nisi hic pro δέ τοι, τέλος legendum). Schol. Voss. 1. interpretatur: διάδετοι γ. ἱππ. (sic. om. δέ)] οἱ χαλινοὶ οἱ διάδετοι καὶ κρεμάμενοι τῶν ἱππικῶν γεννύων καὶ στομάτων κινύρονται [2]) φόνον, ἤχόν τινα φονικὸν καὶ φονεργάτην πέμπουσιν. Magis fortasse poëticum fuerit διάδετοι activo sensu dictum, a quo pendeat genitivus γεν. ἱππ. Cf. ad Prom. 424, Matth. Gr. § 344. 1. Δέδια δέ τοι etiamsi propter metrum scribere liceret, tamen displiceret, quia iungendum foret χαλινοὶ γεννύων.

118. Voss. 2. γρ. δορυσσοσαγεῖς [3]), ἤγουν ὡπλισμένοι, quod a librario adscriptum est; nam antiqui enarratores explicant vulgatam lectionem, quae vera

---

1) Ms. γεννύων.

2) Ms. κιννύρονται.

3) Ms. δορυσσοσάγεις.

est. Pers. 236. φεράσπιδες σάγαι. Sed alia in hoc loco latet difficultas, quam interpretes intactam reliquerunt. Schutz. vertit *septem duces exercitus*, cui recte obloquitur Blomf., monens ἀγήνορες esse *fortes*; idem in Addendis, constructio est, inquit, ἑπτὰ δ' ἀγ. στρατοῦ, πρέπ. δορ. σάγ." Vellem interpretationem addidisset, nam quid significet ἀγήνορες στρατοῦ, non intelligo. Fortasse scribendum:

ἑπτὰ δ' ἀγήτορες πρέποντες στρατοῦ
δορυσσόοις σάγαις —

Sic duo cretici dochmium praecedunt. Cf. infra 188, Eum. 258, et al. Πρέποντες, *conspicui*, cum δορ. σάγ. est coniungendum. Choeph. 11. ὁμήγυρις φάρεσιν μελαγχίμοις πρέπουσα, Suppl. 700, Wunder. ad Soph. El. 651. Στρατοῦ autem num cum πρέποντες construi possit eo modo, quo voluit Schol. Voss. 1. ἤτοι ὑπερέχοντες τοῦ στρατοῦ τῶν 'Αργείων, dubium videri potest. — Erunt fortasse, quibus cum Well. in Lex. ἀγήνορες, ab ἄγω ductum, *duces* significare videatur. Sed istiusmodi quid sibi Aeschylum permisisse, mihi persuadere non possum. Licet omnino poëtae nova vocabula formare, usitata etiam nova significatione ponere, sed hoc iis tantum locis fieri debet, ubi quid significare velit, statim audienti liquet. Neque contra id valet Pers. vs. 963. ἀγρόται στρατοῦ, quod significet *duces exercitus*, utpote corruptum. Vocabulo ἐφέτης, quod ib. v. 79. legitur, quid notetur, nemini obscurum esse potest. Hic si noster consulto obscure loqui voluisset, aptius vocabulum eligere non potuisset. Solum exemplum,

quod iure comparari posse videatur, est Prom. vs. 2, ubi *ἄβροτον* recepit Blomf., quae lectio sane magnam habet auctoritatem; nam praeter eos grammaticos, quos laudat Well., *ἄβροτον* hodie etiam Scholiastae Aristoph. Ran. 827, ubi primi Promethei versus afferuntur, a Dindorfio ex cod. Veneto restitutum est; ad eandemque lectionem referendum, quod in Schol. *Γ.* ad Prom. l. l. legitur: *καὶ Σοφοκλῆς τὸ αὐτὸ περὶ Φιλοκτήτου λέγει* (cf. Soph. Phil. 2. *βροτοῖς ἄστειπτος οὐδ' οἰκουμένη*): quae verba ex antiquiori commentario ducta videntur. Sed *ἄβατον* antiquitus praevaluisse inde intelligas, quod et omnes nostri libri illud habent, et iis locis, ubi vocis notatio non additur, libri aliquot idem praebent. Dubium praeterea, utrum poëta, si tamen vera illa lectio est, hoc vocabulo locum *desertum* significare voluerit, an *sanctam* solitudinem, quae sacrum quendam horrorem incuteret. Quare illo loco non moveor, ut hic *ἀγήνορες* probem.

120. Schol. Voss. 1. *σὺ δ' ὦ Διογενὲς κράτος, καὶ κράτος φιλόμαχον, ἤτοι ὦ Ἀθηνᾶ, θεὰ φιλοπόλεμε* 1) *ἔπιδε τοῦτο. Παράφρασις, ἡ ἀπὸ τοῦ Διὸς γεννηθεῖσα· ἐκ γὰρ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἐγεννήθη ἡ Ἀθηνᾶ. Γενοῦ ῥυσίπολις*] *ἤτοι ῥυσαμένη* (Voss. 2. *ῥῦσαι*) *τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν.* Verba *ἔπιδε τοῦτο* a librario, qui prius illud scholion supplere vellet, memoriter adiecta puto. In Voss. 2. haec coniuncta et sic mutata sunt, ut prorsus cum vulgatis conspirent, omissis verbis *καὶ κράτος, θεά, ἔπιδε — παράφρασις*,

1) Ms. *φιλοπολέμα.*

ἐκ — Ἀθηνᾶ. Recte quoque initio scribitur σύ τ' ὦ, non σὺ δ' ὦ. Cf. v. 125, 133.

132. B. ad 133. στόνων ἀΐτας] τῶν ἡμετέρων στεναγμάτων ἀκροατής. Legisse videtur ἀΐτας (ut coni. Stanl.), *auditor*, ab ἀΐω formatum ut μηνίτης a μηνίω. Exstat vocabulum ἀΐτης, apud Theocritum, Id. XII. 14. (Cf. Schol. ib. et Hesych. v. ἀΐταν; Etym. Gud. p. 22. 58), quod significat τὸν ἐρώμενον, et ducitur ab ἄω, ἀΐω (Iliad. XV. 252); verum huic notationi quum correpta prima in ἀΐτης syllaba apud Theocritum obstet, rectius fortasse ducetur ab ἀΐω, quod apud Homerum constanter primam corripit literam, ut ἀΐτης sit qui amatoris preces *audit*. Ἀΐτης si hoc loco probari potest, scribendum erit:

Καὶ σὺ Λύκει' ἄναξ, Λύκειος γενοῦ,
Στρατῷ δαΐῳ, στόνων δ'ἀΐτας,

tuque, rex Lycee, Lyceus (terribilis) sis hostili exercitui, precumque exauditor.

160. Post scholion A. ad v. 161. in Voss. 1. leguntur haec: ἄλλοι δὲ οὕτως φασί· μέλεσθε καὶ φροντίζετε, ὦ θεοί, περὶ τῶν πολιτῶν ὑπὲρ τῶν ἱερῶν δημίων, ἤτοι ἐπὶ τῶν ἀπομοιραζομένων παρὰ τῶν πολιτῶν ἀπὸ τῆς περιουσίας αὐτῶν. Hic, nescio quare, in constructione verbi μέλεσθαι haerens, ad ἱερῶν δημίων intellexit ἕνεκα. Sensus: curate, ut publica sacrificia vobis perpetuo obtingant.

172. Schol. A. οὐχ ὁμιλητὸν θράσος] ἐν θορύβοις οὐ καθεκτὸν (fort. οὐκ ἀνεκτόν). Illud ἐν θορύβοις adhaesisse videtur ex initio scholii ad vs. 175: διὰ τοῦ θορύβου ἐμβεβλήκατε.

176. Ὑπ' αὐτῶν, Schol. A, quod explicat ὑφ' ὑμῶν τῶν γυναικῶν δεικτικῶς. Male; sic enim αὐτοὶ abundaret. Verum est, quod tanquam variam lectionem affert ὑφ' αὑτῶν i. e. ἡμῶν αὐτῶν. Nam Elmsleium, qui ad Heracl. 144. in prima et secunda persona ubique leni spiritu utendum esse putabat, refutavit Hermannus ad Trach. 451, monens tamen iis locis ubi pronomen possessivum praecedat, αὑτοῦ scribendum esse, ut Ag. 1295.

Ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω [1])
Ἐμὸν τὸν αὐτῆς.

Male igitur Blomf. (ad Agam. 809) in fragmento Aeschyli (123), quod est apud Schol. Aristoph. Av. 808.

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος,
Πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν
Εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος
Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς
Ἁλισκόμεσθα,

αὐτῶν scribendum putabat. Vid. Herm. Opusc. vol. V. p. 149. Reliqua huius generis exempla in Aeschylo obvia recenset idem ad Trach. l. l. Homerus autem et Hesiodus, ut videtur (quamquam de Theog. 126 nondum liquet), neque αὑτοῦ neque ἑαυτοῦ dixerunt. Cf. Lennep. ad Hes. l. l, Goettl. ad vs. 469, ubi legitur: λιτάνευε τοκῆας Τοὺς αὐτῆς, Hom. Il. IX. 341. ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων Τὴν αὐτοῦ φιλέει. Cf. etiam

---

1) Hic versus merito viris doctis suspectus fuit. Vide num scribendum: Ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἔνθρηνον θέλω Μόρον τὸν αὐτῆς. Cf. ib. 1164, 1270.

Pflugk. ad Eur. l. l. — Ceterum ad fragmentum, quod modo exscripsi, spectare videtur Schol. ad Ag. 831, unde sua hausit Suidas v. πάγας. Versu primo nuper Dubnerus (in edit. Scholiorum Aristoph. Paris. 1842) ex Suida dedit ὅδε pro ὡς δ', minus recte, ut opinor; nam quum proprie post ὡς sequi deberet πληγεὶς εἶπεν, ab instituta constructione deflexit poëta, quasi praecessisset ἔστι λόγος, cuius anacoluthiae multa exempla affert Erf. ad Ant. 736, cui assentitur Herm. ad Vig. p. 745. Cf. Well. ad Pers. 185.

188. Διὰ στόμα legit Schol. B. ad 190 et supra ad 51, quod, reliquis non mutatis, locum suum tueri nequit, nisi statuas iungendum esse ἀκούσασα ὄτοβον, ὅτι τ' ἔκλαγξαν σύριγγες, πηδαλίων τε, i. e. ἀκ. ὄτοβον, καὶ συρίγγων κλαγγὴν, καὶ πηδάλια; sed hoc durum est, nec defenditur Eur. Suppl. 87. τίνων γόων ἤκουσα καὶ στέρνων κτύπον νεκρῶν τε θρήνους aliisque, quae affert Lob. ad Ai. p. 332. Verba ὅτι — ἐλίτροχοι pro parenthesi habet Schol. Voss. 2: ἀκούσασα τὸν ἦχον τὸν ἐκ τοῦ κτύπου τῶν ἁρμάτων γινόμενον, καὶ τῶν διὰ στόμα τουτέστι τῶν εἰς τὸ στόμα τῶν ἵππων ὄντων ἱππικῶν πηδαλίων, τῶν ἀΰπνων καὶ τῶν μὴ ἐώντων ἐμὲ ἠρεμεῖν ἐν ὕπνῳ, τῶν χαλινῶν λέγω τῶν πυριγενετῶν, ἤτοι τῶν ἐν τῷ πυρὶ χαλκευθέντων, καὶ ὅτι αἱ σύριγγες αἱ ἐλίτροχοι περὶ ἃς ἑλίσσονται οἱ τροχοὶ ἔκλαγξαν. Ad πηδαλίων similiter ex praecedentibus ὄτοβον intelligit Ahrensius, quo τε post ὅτε (sic enim scribit) contra metrum omittere coactus est. Ad versus postremi integritatem una deest syllaba, quam recte supplevit Schutz. στόμα in στόμια mutan-

do, quod tamen nolim cum praegresso διὰ in unum vocabulum coniungere. Pro ἀΰπνων acute Lachmannus ἄπνον; probabilius tamen, librarios duas eiusdem significationis formas ἀγρύπνων et ἀΰπνων permutasse. Ὅτι autem non sollicitandum; etenim loco sic, ut dixi, scripto:

Ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι,
Ἱππικῶν τ' ἀγρύπνων πηδαλίων διὰ
Στόμια πυριγενετᾶν χαλινῶν,

hic sensus est: timui, audito curruum strepitu, *quodque modioli sonabant rotas volventes*, *frenaque habenarum igne fabricatarum* (i. e. *ferrearum* int. *sonabant*) *remigiis equorum numquam quiescentibus*. Apertum est, constructionem in his liberiorem esse; dicere etiam poterat ἔδεισ' ὅτι ἤκουσα καὶ ἔκλαγξαν. *Ferreae* (cf. infra 924) dicuntur habenae laminis metalli instructae. Cf. Blomf. gloss. ad v. 382 infra, Rhesi v. 568. δεσμὰ πωλικῶν ἐξ ἀντύγων Κλάζει σιδήρου. De significatione voc. ἄγρυπνος vid. Prom. 358. Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος. Digna autem quae notetur est rarior dochmii forma ὅτι τε σύριγγες ἔ.

198. B. ad 201. στέγειν] ὑπομένειν. Alter interpres, qui procul dubio στέγειν legit, explicat μένειν ἀσφαλῶς καὶ στέγειν. Hesych. στέγει] κρύπτει, συνέχει, βαστάζει, ὑπομένει. Recte, cf. Schoem. ad Prom. 428. Στέγειν interpretari licet *sustinere*. Διαμένειν (A sub finem) et μένειν ἀσφαλῶς, si illam significationem vocabulum admittit, ab hoc loco apparet aliena esse.

Sequenti versu (199) schol. A. οὐκ οὖν; idem tres

continuos versus Eteocli adscribit, procul dubio recte, nam inter chori carmina tres ubique senarios interponit Eteocles. Ex verbis οὐκ οὖν (sive οὔκουν, quod perinde est) apparet, praecedens εὔχεσθε non esse imperantis. De ἀλλ' οὖν pro quo plerumque Attici ἀλλ' οὖν — γέ cf. Hoogev. Particc. p. 48, sqq. Elmsl. ad Prom. 1070, in ed. Blomf. Lips. p. 194, Pflugk. ad Eur. Heracl. 689; latine plerumque interpretari licet *at-certe*. Hoc loco ἀλλ' οὖν non ad θεοὺς tantum, sed ad verba θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος referendum est. Itaque hic sensus est: *precamini*, *ut* murus *arceat hostilem impetum. Hoc ergo non penes* deos *erit*, *at deos captae quidem urbis deficere, fama fert*. Quod si scribitur οὐκοῦν τάδ' ἔσται πρὸς θεῶν; vertendum: *hoccine ergo penes deos erit*, *vos penes deos esse putatis? (Minime) sed* —. Fatendum tamen idem magis perspicue enunciari potuisse, ut si scriptum esset εἰ γοῦν τάδ' ἔσται πρὸς θεῶν· ἀλλ' οὐ θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος; *precandum est*, *ut murus hostes arceat*, *si modo hoc penes deos erit; sed nonne deos —?* De constructione verbi ἐκλείπειν cf. Pers. 126. πᾶς — λεὼς, σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισσῶν, Soph. El. 1138; de usu articuli post θεοὺς Ant. 199. θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς, ubi cf. Musgr. Ag. 329. τοὺς πολισσούχους θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς.

203. Schol. B. ad 206. ἀστυδρομουμέναν] ὑπὸ τῶν ἀστῶν περιερχομένην. Legit, ut Blomf. vidit, ἀστοδρομουμέναν; sine sensu. Ἀστυδρομεῖν nihil hic aliud significat nisi *oppugnare;* quiescente, ut aiunt, priore compositionis parte. Cf. Homerica αἰπόλι' αἰγῶν, συ-

βόσια συῶν (Il. II. 474, XI, 679), *σάρκας σαρκοφαγεῖν*, Diod. V. 39, *πολισσοῦχοι χθονὸς*, supra v. 104, Ag. 329; infra v. 711. *κτεάνων χρηματοδαίτας*, Eum. 875. *πόλις ἀστύνικος*, Valcken. ad Herod. III, 78, Schwenck. ad Eum. 839, Lob. ad Ai. p. 192, sq.

204. A. ad 237. *ἁπτόμενον*] *γράφεται τυφόμενον.* Quod verbum non tantum *fumo suffocandi* sed etiam *incendendi* notionem habet. Eur. Hec. 473. *ὤ μοι χθονὸς πατρῴας, Ἃ καπνῷ κατερείπεται Τυφομένα*, Tro. 146. *Τύφεται Ἴλιον*, Bacch. 8. Quum vs. praecedenti *στρατὸν* in nullo sit libro, lectionem illam e librarii correctione natam putem, qui melius crederet populum *suffocari* quam *comburi*; quod nimis ineptum videretur, nisi esset in recentioribus interpretibus, qui idem protulisset. Vulgatum etiam antiquitus fuisse *ἁπτόμενον* apparet ex annotatione schol. B. ad v. 206.

Scholion A. ad 210, deleto lemmate, cum praecedenti esse coniungendum vidit Abresch: *Γυνὴ σωτῆρος*] *Λείπει Διὸς, ἵνα ᾖ· γυνὴ Διὸς σωτῆρος, οἰκείως ἔχουσα πρὸς τὸ σώζεσθαι.*

209. Schol. A. ad 211: *πολλάκις δὲ ἡ τῶν θεῶν ἰσχὺς τὴν ἀμήχανον νεφέλην καὶ* (hoc om. Voss. 1) *ἐκ χαλεπῆς δύης κρεμαμένην ὑπερθεν τῶν ὀμμάτων ὀρθοῖ καὶ ἀποσοβεῖ αὐτήν.* Manifestum est, interpretem legisse *τὰν, κρημναμέναν νεφέλαν*; minus liquet, utrum in scholio *καὶ* sit omittendum, nec ne. *'Ἐκ* confirmatur lemmate schol. B. ad 213; quod an metrum ferat, est quod dubites. Eum. 804, 835. *πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον*, et miror, contra sentire

Wellauerum, qui in coniectura ad vs. 83, supra dochmii syllabam finalem brevem admisit. Verum quum τὰν, ut metrum indicat, pro τὸν a librariis substitutum sit, multo magis huius mutationis causa intelligitur, si κὰκ quam si ἐκ ab iis lectum fuit. Fatendum praeterea, illam, quam modo dicebam dochmii formam perraram esse. *Καὶ* iungit *ἐν κακοῖσι* et *κρημναμενᾶν νεφελᾶν*: *saepe in moerore, et quum propter invisum dolorem supra oculos nebulae expanduntur, consilii inopem erigit.* Soph. El. 939. *ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ, θάλλοντά τ' εἰσήκουον*, i. e. *ζῶντα θάλλοντά τε*, Ai. 826. *καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους ξυναρπάσειαν*, ubi si *πανωλέθρως* (quod tamen recte repudiatur) scriberetur, sensus idem esset; Eum. 492. *Ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον Δειμανεῖ καθήμενον*, quod sic construendum: *ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν, καθήμενον εὖ καὶ ἐπίσκοπον φρενῶν, δειμανεῖ*, *est, ubi horrenda metum incutiant;* sensus postulat *bene metum incutiant, est ubi metus salutaris sit;* itaque alterum *εὖ* necessarium erat. Quare omnino amplectendam censeo egregiam Bergkii (*de Reliquiis Com. Att.*, p. 134) coniecturam pro *δειμαίνει* (sic enim libri) *δεῖ μένειν* reponentis. — Agam. 296. *Πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει Φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ Πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν*, i. e. *μέγαν καὶ τοσοῦτον, ὥςτε ὑπερβάλλειν*. Ad sententiam illustrandam cf. Archil. fr. 51. (Stob. Flor. CV. 24).

Τοῖς θεοῖς τιθεῖν ἅπαντα· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
Ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονὶ,

Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
Ὑπτίους κλίνουσ'· ἔπειτα πολλὰ γίγνεται κακά,
Καὶ βίου χρήμῃ πλάναι τε καὶ νόος παρήορος.

Postremus versus a Schoem. emendatus est; Bergk. *καὶ βίου χρήμῃ πλανᾶται καὶ νόου παρήορος.*

220. *Εὔκηλος*, B. ad 223. Schol. A. ad 223: *ἕκηλος ἴσθι] γράφεται καὶ εὔκηλος. Τὸ γὰρ υ μέτρου ἕνεκά ποτε παραλαμβάνεται* — Voss. 2. *τὸ δὲ εὔκηλος γράφεται καὶ ἕκηλος*, quae cum sequentibus, quae ibi quoque adduntur, pugnant; in textu ille liber habet *ἕκηλος*, quod novum indicium est, librarium Voss. 2. interdum scholia vel propter lectionem, quam ipse haberet, vel ob alias causas interpolasse. Clarum eiusdem rei exemplum est initio Promethei, ubi Schol. A. (ad v. 1) *Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Καυκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις τέρμασι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἔστι συμβαλεῖν.* Hic Voss. 2. (cf. Faehse) *ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ Καυκάσῳ φησὶ* (sic pro *φασὶ* corrig.) *δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ* (*Καυκάσου* coni. Herm. *de Prom. Sol.* p. 10) *καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ, ὡς*, rell. Interpolata haec esse, arguunt tam illa *καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ*, quae sunt asseverantis et contrariam opinionem impugnantis, quam postrema verba, quibus spectatur ad eum locum, unde non in Caucaso fuisse scenam intelligitur, versum 721: *πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς.* Itaque non ad hanc annotationem provocandum erat iis, qui in Caucaso vinctum Prometheum existimabant, habemusque

in vulgatis testimonium grammatici, qui solus inter antiquos, quos novimus, verum vidit: de quo pluribus exponere, non est huius loci. Ut illuc redeam, in verbis Schol. A. ad 221, l. ult. uterque Voss. habet εὔκηλος, unde coniicias inepta illa de metro a diversa esse manu, et interpretem qui annotationem ad 221 scripsit, legisse εὔκηλος. Sed cf. Herm. ad Philoct. 769, Spanh. ad h. l. ap. Haupt. p. 205.

Schol. A. ad 224. sic corrigendus est: ὁ χορὸς πάλιν ἀνελθεῖν εἰς τὸ τεῖχος τῆς πόλεως φησί. Νεωστὶ, rell. *Chorus iterum* (cf. v. 193) *dicit, se venisse.* Sequitur deinceps explicatio.

224. Τετραμμένους, A. ad 227 (ἡττημένους), et var. lect. ap. Faehs. p. 93, quod vulgato non praeferendum. Vs. 226. φόνῳ, Schol. B, cuius annotatio (ad 229) sic est corrigenda: δέον οὕτω εἰπεῖν, τούτῳ εἶπεν πρὸς τὸ φόνῳ —. Ἢ μὴ σύναπτε τὸ τούτῳ πρὸς τὸ φόνῳ, ἀλλ' οὕτω λέγε· ἐν τούτῳ γὰρ τῷ κωκυτοῖσιν ἁρπαλίζειν βόσκεται ὁ Ἄρης, ἐν τῷ φόνῳ τῶν βροτῶν. Fortasse tamen hic legendum φόβῳ. Nam si τούτῳ significat τὸ κωκυτοῖσιν ἁρπαλίζειν, φόνῳ huius epexegesis esse nequit. Alter quoque interpres habet φόβῳ, quod Wellauerus necessarium putat, quia respiciatur ad formidinem chori, de qua in praecedentibus rex locutus esset; sed praecessit item mentio caedis. Maioris momenti est, τούτῳ ante vocem φόνῳ languere; sufficiebat enim dixisse τῷ φόνῳ vel φόνῳ. Itaque scribendum φόβῳ, quod hic significat *id quod metuitur* i. e. *ipsa pugna.* Similiter δεῖμα saepissime *terricula, quodcunque terrorem iniicit;* ἔρως,

id, quod amamus. Sic Choeph, 579. *πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη* (vel *ἄγη*), Pers. 206. *ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν*, Suppl. 856 *ὁ (δ') ἔρως γᾶς, ὁ μέγας Νεῖλος*, si vera est haec Scaligeri (ap. Valcken. Diatr. p. 53) coniectura pro *ὃς ἐρωτᾷς*; a Latinis eodem sensu *amor* usurpatur; cf. Ruhnk. ad Ter. Eun. V. 4. 4. Eleganter nostrum locum vertit H. Grotius:

Si vulneratos fama, si raptos nece
Mox nunciabit, temperate a fletibus,
Lamenta cessent: has amat Mavors vices.

228. Schol. Voss. 1. *μὴ νῦν ἄκουε ἄγαν, ἐμφανῶς ἀκούσασα, ἤτοι κἂν ἀκούσασα* (l. *ἀκούσῃς* cf. A. ad 231) *ἐμφανῶς, προςποιοῦ μὴ ἀκούειν.* Legit fortasse *ἀκούσασ'*, quod tamen vulgatae non est praeferendum. Bene Blomf. monuit *ἐμφανῶς ἄγαν* cum *ἄκουε* esse coniungendum, unde hic sensus efficitur: *ne nunc* (hanc enim significationem *νυν* productum habet, sive cum Dindorfio *μή νυν*, sive, quod malim, *μὴ νῦν* scribatur. Cf. Herm. ad Soph. El. 1488) *audiens, nimis perspicue audias*, i. e. ne prae metu nimis attente auscultes, quaecunque aures tangant.

242. Schol. A. *τέλος*] *γράφεται λόγον.* Idem in Mediceo invenitur; om. Voss. 1. Non ad poëtae sed ad Scholiastae verba *εἰ παράσχοις τέλος* hoc referendum puto. Nihil autem est, quod cogat scholiastae explicationem *εἰ δοίης καὶ παράσχοις τέλος τῇ αἰτήσει, ἀβαρές σοι ἐστίν* ad lectionem *αἰτουμένῳ σοι* referre; potius sic interpretatus est: *κοῦφόν (σοι ἐστὶν) εἴ μοι αἰτουμένῳ δοίης τέλος.* Similiter Victorius *κοῦφον* distinctione a reliquis separavit, non intelligens, *εἰ* hic optando in-

servire, nec satis attendens ad optativum *δοίης*. *Κοῦφον τέλος*, quod tam ad *αἰτουμένῳ* quam ad verbum *δοίης* referendum, non est *exiguum munus*, sed *facilis perfectio*. Nam *τέλος* quotiescunque *donum* significat, est *donum diis oblatum*, quo pertinent omnia exempla, quae congesserunt Haupt. ad Aesch. Suppl. p. 150, Blomf. ad h. l., Musgr. ad Soph. Ant. 143. Verto: utinam mihi roganti facilem praebeas perfectionem, i. e. utinam mihi exiguum roganti (rem roganti, cuius facilis est perfectio) satis facias.

259. Schol. A. ad 262. *Ἐσθήματα ἀναθήσω πρὸ τῶν ναῶν, τὰ λάφυρα.* Apparere hinc dicit Dind., interpretem verba *στέψω πρὸ ναῶν πολεμίων ἐσθήματα*, quae post v. 260 addunt Med. et Par. B, partim Par. A., in libro suo habuisse. Certum est, totum illud scholion partim ad lectionem *τροπαῖα*, partim ad *πρὸ ναῶν* esse referendum, de verbo *στέψω* nihil affirmare licet. *Στέψω πρὸ ναῶν* vel e varia scriptura natum, vel pars est versus, qui excidit. Itaque scribendum aut *στήσειν πρὸ ναῶν*, ut verba hunc in modum sint coniungenda: *ἐπεύχομαι, στήσειν ὧδε* (*hic*) *πρὸ ναῶν αἱμάσσοντας — ταυροκτονοῦντας* (obiect.), ante *ἐσθήματα* autem per zeugma intelligatur *ἀναθήσειν*; aut

Θήσειν τροπαῖα * * *
Στέψω πρὸ ναῶν πολεμίων ἐσθήματα,

ut exciderit subiectum verbi *θήσειν* (*στρατὸν*, *τοὺς λαοὺς*, aut sim.), ad quod pertinuerint participia *αἱμάσσοντας*, *ταυροκτονοῦντας*, et ante *στέψω* nominativus (*αὐτὸς δ'ἐγώ*). In priore lectione *ὧδε* significat *hic*, quod defenditur Trach. 401. *βλέφ' ὧδε*, Aesch. Suppl. 725. In altera *ὧδε* orationem par-

ticipiis ξυντυχόντων, σεσωσμένης, αἱμάσσοντας, ταυροκτονοῦντας aliquamdiu suspensam resumit. Prom. 511. μυρίαις δὲ πημοναῖς Δύαις τε καμφθείς, ὧδε δεσμὰ φυγγάνω. Τίθημι τροπαῖον recte dici, ostendit Blomf. ad h. l. Utrum praestet, docti iudicent. Dindorfium autem satis mirari nequeo, qui eiectis versibus 257 et 258, reliqua sic scribit:

εὖ ξυντυχόντων καὶ πόλεως σεσωσμένης
λάφυρα δάων δουρίπηχθ' ἁγνοῖς δόμοις
στέψω πρὸ ναῶν, πολεμίων ἐσθήματα.
Τοιαῦτ' ἐπεύχου μὴ φιλοστόνως θεοῖς.

Nam neque versus illi, quos spurios iudicat, cur Aeschylo indigni sint, perspicio, et quod in altero (258) est verbum ἐπεύχομαι in votis nuncupandis solenne, hic post dativos θεοῖς, πηγαῖς, rell. propemodum necessarium duco.

264. Schol. A. ad 267. l. 7. ἐγὼ δὲ σὺν ἐμαυτῷ ἄλλους ἓξ (ὥςτε ἐστὶν αὐτὸς ἕβδομος) ἀντιστάτας τοῖς πολεμίοις ποιήσομαι ταῖς ἑπτὰ πύλαις, καὶ σπεύσω ἐγὼ τάξαι λοχαγοὺς πρὶν ἢ τὰ πράγματα κατεπείξῃ, ὥςτε δι' ἀγγέλων συχνῶν ἐξάγειν τὸ στράτευμα. Haec qui scripsit, magis ad priorem interpretationem quam ad loci sententiam attendens, illamque planiorem reddere studens, a verbis poëtae aliquantum aberravit, id quod alibi quoque factum videmus. Cf. A. ad 297, p. 174, l. 4; ad 318, l. 12; 480, l. 6. — Pro σπερχνοὺς τε καὶ ταχυῤῥόθους λόγους A, l. 6. dedit συνεχεῖς καὶ κατεπείγοντας; sub finem legitur δι' ἀγγέλων συχνῶν. Hesych. Συχνά] συνεχῆ, Συχνοῖς] συνεχέσι, unde crediderim interpretem συχνοὺς legisse. — In con-

structione horum versuum haesit iam Schol. A, quicum, quod ad verba *τὸν μέγαν τρόπον*, conferendus est alter interpres; quorum sententiam non vereor ne quisquam sit probaturus. *Τὸν μέγαν τρόπον*, iungendum cum *ἀντηρέτας*, similiter dictum est, ut infra 447. *ἐσχημάτισται δ' ἀσπὶς οὐ σμικρὸν τρόπον*, 445. *φιμοὶ δὲ συρίζουσι βάρβαρον τρόπον*. Articulus hic adiicitur, quia *ἀντηρέτας* non proprio sensu intelligit poëta, sed adversarios in bello, quod dicit *τὸν μέγαν τρόπον*, i. e. *τὸν δεινόν*. Pers. 711. *μέγας τις ἦλθε δαίμων*, Choeph. 475. *τοιάνδε σου χρείαν ἔχω, Φυγεῖν, μέγαν προςθεῖσαν Αἰγίσθῳ (μόρον)*, vel, quod cum Klausenio paene praeferam, *(βόλον)*. Cf. Well. ad illum locum, Wunder. ad Soph. Ai. 172, 914.

272. Post annotationem ad 276. Voss. 1. *τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν, ἤτοι τῶν ἀμφοτέρωθεν τῶν τειχῶν λαῶν.* Plenius dixisset *τάρβος τὸν* — *ἤτοι τάρβος τῶν* —. Voss. 2. *αἱ γείτονες δὲ τῆς καρδίας μέριμναι φόβον ἀνάπτουσι τῶν ἀμφὶ τειχεῖ* (sic) *λεῶν*. Fortasse legendum *τὸν ἀμφιτειχῆ λεών*, ut accentus in *τειχεῖ* suadet. De accusativo cf. Well.

273. Schol. Voss. *ὥςπερ δέ τις* [1]) *πάντροφος πελειὰς δέδοικε τὸν δράκοντα ὑπὲρ τῶν ἑαυτῆς τέκνων. ἡ δυςευνήτειρα τῶν λεχέων* [2]), *ἤτοι ἡ διὰ (τὸν φόβον)* [3]) *τῶν ἑαυτῆς νεοσσῶν προςκαθημένη τῇ καλιᾷ αὐτῆς* (l. *αὐτῶν*) *ἄγρυπνον. Πάντροφος δὲ ἡ διηνεκῶς ἐκ-*

1) Voss. 1. *ὅτι* (depravatum ex *ὥς τις*) *καὶ ὥσπερ ἡ*.

2) Voss. 1. *τειχέων*, corruptum ex *τέκνων*.

3) *τὸν φόβον* addidi; in Voss. 1. literae tempore deletae erant: Voss. 2. om. *ἡ δυς.* - *διά*.

τρέφουσα τὰ τέκνα, ἐπειδὴ πάντα τὰ ὄρνεα, rell, ut A. ad 277 (p. 172. l. 3). His lectio vulg. ad verbum confirmatur, in qua δέ, ne nunc de metro dicam, ferri nequit. Quod sentiens Schutzius in ed. a 1808. dedit δράκοντα δ' ὥς τις τέκνων Ὕπερ δέδοικα λεχέων δυσευνάτορα Πάντρομος πελειάς, quod non aliter potest explicari, quam sic, ut chorus dicat se, pavidam columbam, liberis suis timere. Plus proficimus ex hac Schol. A. annotatione: λεχέων δυσευνήτορας πάντροφος πελειάς] λεχέων, τοῦτ' ἔστι, νεμομένων ἐπὶ τῆς καλίας· ταύτην γὰρ λέχος εἶπεν. — Δυσευνήτορας δὲ δυσευνήτους διὰ τὸν φόβον τοῦ δράκοντος. In his vel λεχέων corrigendum est, vel scholiastes, ipse corruptam lectionem habens, aliorum interpretationem secutus est, non animadvertens, eam ad λεχαίων vel λεχείων pertinere. Λεχείων propius ad librorum lectionem accedit, sed nusquam invenitur; pro altera forma analogiae, ut videtur, contraria, affertur tamen Apoll. Rhod. I. 1183 (λεχαίη φυλλάς), Theophr. de Caus. Plant. III. 26, 29, ubi tamen nunc legitur λοχαῖος, denique, nescio quo iure, nomen navalis Corinthiorum Λεχαῖον, apud Hesych. Suid. et alios. In iis, quae paulo post in scholio leguntur, Stephanus et Abreschius, p. 101 coniiciunt δυσευνήτειρα, δυσεύνητος; nihil mutandum est praeter v. δυσευνήτους pro quo δυσεύνητος scribendum. Ineptam lectionem (δράκοντα τέκνων ὑπερδέδοικε δυσευνήτορας πελειάς) non mirum est, inepte a Scholiasta explicari. — Πάντροφος, inquit Dind., si recte legeretur, nihil aliud significaret, quam columbam nu-

trimenta ubique invenientem." Sed πάντροφος significare potest πάντως τροφὸς, *quae prorsus nutrix est*, *quae omni cura et studio pullos alit.* Sic παναίτιος, παμμήτωρ et multa alia. — Δυςευνάτορας et λεχαίων (λεχέων?) vera esse quum metrum arguat, pro δράκοντα δ' recipiendum cum Burneio δράκοντας, et post v. 272 (λεών) minor distinctio ponenda [1]).

315. Ἀρτιδρόποις, var. lect. apud A. ad 318, l. 9, sqq. ad quam referenda est prima, quae ibi legitur explicatio. Praeeunte Scholiasta Blomf. ἀρτιτρόποις vertit *vixdum maturis.* Sed quum τρέπειν βίον vel ἡλικίαν, *flectere aetatem* pro *ab una in alteram aetatem transire* non dicatur, parum probabile, poëtam vocabulo ἀρτιτρόποις, quod nihil aliud notat, quam *quae modo flexerunt*, illud significasse. Κάμπτειν βίον nihil contra id probat; dicitur enim de vitae exitu. Cf. Blomf. ad Ag. gl. 335, Pflugk. ad Eur. Hel. 1666, a quo aliquantum diversum *flexus vitae* apud Cic. de Orat. I. init. Praestat cum Passovio de virginibus *bene moratis* et *pudicis* (voc. comp. ex ἄρτι, *bene*, ut in ἀρτίκολλος, ἀρτίφρων, aliis, et τρόπος) cogitare. Τὰ νόμιμα ὠμοδρόπα sunt *sollennia viridem virginitatis florem decerpentia*, i. e. legitimum matrimonium; vocabulum enim ὠμὸς hic non significat quod *crudum* et *im-*

1) Singularis numerus δράκοντα-δυςευνάτειρα collatis locis, quos affert Blomf. et Peerlk. ad Hor. Epod. 1. p. 443, magis poëtarum consuetudini convenire videri potest. Sed neque δράκονθ' ὅσον, aut δράκονθ' οἷα, neque δράκοντα τὼς satis placet.

maturum, sed, sicut in ὠμογέρων, quod *viride* est. Cf. Valck. ad Amm. p. 54. Ἀρτιδρόποις si scriberetur, passive, ὠμοδρόπων active dictum foret, quod vix ferendum. Quare vulgatam lectionem tuendam et sic explicandam esse puto: flebile est pudicis virginibus ante legitimum matrimonii tempus domum mutare invisa (servitutis) via." Eur. Iph. Taur. 388. Ἀσιήτιδα γαῖαν Εὐρώπας διαμείψας, Sol. fr. 16. 2 (Plut. in vit. c. 3) ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον. Comparatio virginis et fructus maturi satis frequens. Noster Suppl. 649. Ἥβης δ' ἄνθος ἄδρεπτον ἔστω, 976. Τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς, et paulo post καρπώματα στάζοντα κηρύσσει Κύπρις, Anthol. Palat. V. 227. 5. καὶ τρυγόω τὸν ἔρωτα; similiter ὄμφαξ, *virgo nondum matura*. Itaque non egemus Bessleri coniectura (Zeitschr. f. die Alterthw. 1841. p. 472):

κλαυτὸν γάρ τι ῥοπαῖς ὠμοδρόπων
νομίμων προπάροιθεν διαμεῖψαι
δωμάτων στυγερὰν ὁδόν.

332. Ἀρτιβρεφεῖς ut videtur A. ad 333. l. 4, ἀρτιτρεφεῖς, B. quod Well. cum βλαχαὶ coniungit, interpretans *vagitus infantum recens natorum*. Sed ἀρτιτρεφὴς significat *quod modo* vel *bene nutritum est*, quod quem sensum hic habere possit, non apparet Schutzii ἄρτι βρεφῶν istiusmodi est, ut, si in libro MS. legeretur, haberetur pro librarii correctione. Omnino difficillimum est definire, quos sibi in hac adiectivorum traiectione terminos scripserint tragici. Si clamor τῶν ἄρτι βρεφῶν et adultorum re vera differt,

13

sequitur ut, quod paulo ante legitur βλαχαὶ αἱματόεσσαι maiore audacia dictum sit; recte tamen plerique interpretes eo non sunt offensi. Locum Sophoclis (Phil. 696) contulit Well., sed is propter metrum suspectus est. Pers. 272. ἴυζ' ἄποτμον βοάν, nec dissimile est quod Geelius, Bibl. Crit. Nov. vol. V. p. 79. in Nostri Suppl. v. 191 restituit ζάχρει' ἔπη. Caeci pes si τυφλὸς dicitur (veluti Phoen. 1619, sim. χείρ, ib. 1702), hoc fit propterea, quod caecus viam pede praetentat; sed audacius rursus Hec. 1021. τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδί, Aesch. Ag. 881. τὸν σὸν πόδ' (Agamemnonis) ὦ 'ναξ 'Ιλίου πορθήτορα, ubi Valcken. ad Phoen. 854 malebat πορθήτορος, sed prius non abhorret a fucata et grandiloqua Clytaemnestrae oratione. Soph. El. 846. ἐλπίδων κοινοτόκων ἀρωγαί, i. e. spei in cognatis positae, Eur. Phoen. 795. ψαλίοις τετραβάμοσι, Iph. T. 216 ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις — Παλλάδος εἰκὼ ποικίλλουσα, ubi cf. Herm. His similibusque locis lectionem ἀρτιβρεφεῖς satis defendi existimo. Ut autem accurate ostendatur, quam rationem tragici in hac constructione secuti et quousque progressi sint, prius omnia huius traiectionis exempla colligenda, et ad genera quaedam revocanda erunt. Intelligo autem non ea tantum exempla, in quibus rebus corporeis adscribitur quod est aliarum rerum vel personarum, sed etiam locos illos multo crebriores, ubi abstractis impropria adiiciuntur adiectiva. In Aeschylo haec animadverti. Ag. 1031. φράζε καρβάνῳ χερί, ib. 79. Τό θ' ὑπέργηρων — τρίποδας ὁδοὺς στείχει, i. e. βάσεις τρισὶ ποσὶ

γιγνομέναις, 542 παρήξεις (*descensus in terram*) κακόστρωτους, 989. νῆστιν ὤλεσε νόσον i. e. νόσον τῆς νηστείας, sive τὴν νηστείαν: proinde recte Schol. τὸν λιμὸν διεσκέδασεν, neque audiendi, qui νῆστις hic activa vi accipiunt; Pers. 225. νόστιμον φάος, infra 617. ἀλώσιμος παιάν, Ag. 10. ἀλ. βάξις. His igitur locis adiectivum affectionem quandam rei, quam definit, indicat; in sequentibus res tanquam agentes proponuntur. Sept. 181. λευστὴρ μόρος, Eum. 177. καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι δίκαι, Ag. 1598. δημορριφεῖς λεύσιμοι ἀραί, quod, si sana lectio est, neque in δημορραφεῖς mutanda, significare videtur λευσμοὶ διὰ τῆς τοῦ δήμου ἀρᾶς ῥιφέντες; Ag. 1424. δεμνιοτήρης μοῖρα, 53. δ. πόνος, 894. χαμαιπετὲς βόαμα, 868. ἐν ὀψικοίτοις δ' ὄμμασιν βλάβας ἔχω. Eum. 424. οὐδ' ἔχει μύσος Πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν ἐφημένη βρέτας; sic Porsonus pro ἐφεζομένη (cf. frgm. 149, ap. Hesych. v. ἐπώζειν), quod minus durum est, quam Sept. 547. πλόκαμος ἵσταται κλύων, quae lectio collato versu antistrophico dubia est; probabile, κλύων hic non minus quam εἰσιδοῦσι Prom. 146, ad ὄσσοις relatum, commentum esse male seduli grammatici, et cum Herm. κλυούσᾳ, in versu antistrophico (610) γᾶς ἐς [πρὸς] esse corrigendum. Ag. 393 ναυβάται ὁπλισμοί, 148. (Ἄρτεμις) σπευδομένα θυσίαν ἑτέραν (*Iphigeniae immolationem*) — νεικέων τέκτονα σύμφυτον οὐ δεισήνορα i. e. ν. συμφύτων οὐ δεισηνόρων (συμφύτων hic reponere volebat Voss. *Cur. Aesch.* p. 16, sed cf. Soph. Ant. 789. νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον, Prom. 90, Eum. 43); itaque adiectivum δεισή-

νωρ a rixae auctore Clytaemnestra ad ipsum νεῖκος transfertur. *Γάμος φυξάνωρ*, Suppl. 10 Wellauero significare videtur ***connubium cum viris quos fugimus***; sed ***connubium viros fugiens*** vereor, ne nihil sit; Bambergerus pro librorum lectione *αὐτογενῆ τὸν φυξάνορα γάμον — ὀνοταζομέναι* coniecit *αὐτογενεῖ* (malim fere *αὐτοθελεῖ*) *φυξανορίᾳ γ. ὀν.* Huc quoque referenda *καθαρμοὶ χοιροκτόνοι*, Eum. 273; cf. Ag. 1141, frgm. 54. 8 (Strab. X. p. 470): *πόλεμοι πυργοδάϊκτοι*, Pers. 105, *πόθος φιλάνωρ*, ib. 133, i. e. *πόθος ἀνδρός*; Ag. 796. *ἐπειδὴ καὶ πάγας ὑπερκότους Ἐπραξάμεσθα*, ubi Dind. ex Heathii et Tyrwhitti coniecturis scribendum putat *ἐπειδὴ χάρπαγὰς ὑπερκόπους ἐπρ.* (***exegimus raptum, poenam propter raptum***), recte ut puto; nam neque *παγὰς πράσσεσθαι* simplicitur ***laqueos tendere*** significare potest, neque Helenae abductio fuerat dolus aut insidiae ab iratis Troianis Graecis structae. Vide tamen, num praestet *ἐπ. καὶ παγὰς-ἐφραξάμεσθα* (cf. v. 1349, Sept. 780), quo modo *ὑπερκότους* teneri potest, quod significat (***insidias***) ***gravi ira structas.*** Paulum ab iis, quae adhuc recensui, differunt Ag. 1556. *μανίαι ἀλληλοφόνοι*, i. e. *τῆς ἀλληλοφονίας*, Suppl. 582. *νόσοι ἐπίβουλοι*, ***cupido insidiandi***, Ag. 1457. *ἔρως αἱματολοιχός*, quibus locis nullo sensus discrimine genitivus infinitivi poni poterat. Ac fortasse huc pertinet Eum. 92, ubi *ἐκνόμως*, ***valde*** pro *ἐκ νόμων* cum Herm. substituto, legitur:

σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκνόμως σέβας
ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ,

i. e. *σέβας τοῦ ὁρμᾶσθαι*, (*tuum*) *hoc munus, quo homines comitaris*. Huc quoque referenda est circumscriptio, quae fit vocabulis *τύχη* et *μοῖρα*, de qua cf. Well. ad Eum. l. l., Ag. 1570, Eum. 454. Denique succedant his loci, ubi adiectivum verbale originem indicat, in quibus perquam dubium, utrum adiectivum active an passive sumendum sit. Cf. Lob. Ai. p. 228, sqq. Suppl. 558. *ὀδύναις κεντροδαλήτοις*, *doloribus ex vulnere flagelli ortis*, Eum. 473. *παιδότρωτα πάθεα*, Prom. 581. *οἰστρήλατον δεῖμα*, Choeph. 1064. *μόχθοι παιδόβοροι* (sic accentus in libris); sed Agam. 49. *ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων*, in quo *ἐκπάτιος* significat *immensum*, *ingens*, huc non pertinet. In Prom. vs. 860. sqq. haec leguntur: "*Ἥξουσι* (Aegypti filii) *θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους γάμους* (cum Danaidibus),

φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός·
Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει,

quod vulgo sic interpretantur: deus corpora virginum invidebit filiis Aegypti; Argos autem recipiet virgines, illis (Aegypti filiis) nocturno furore interfectis." Sed Argos recepit Danaides, Aegyptiadis nondum interemtis; itaque participium praeteriti temporis (*δαμέντων*) hic poni non poterat. In Voss. 1. scribitur *θηλύκτονον* cum gll. *ἄγος* et *τὰ σώματα αὐτῶν*. Hinc legendum esse coniicio:

Πελασγία δὲ δέξεται θηλύκτονον
Ἄγος δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει.

Θεός exponitur in Voss. 2. glossa *ἄρης*, quod verae

lectionis locum occupasse videtur. *Θηλύκτονον ἄγος* ex iis, quae supra allata sunt et Lob. l. l., quid sit, satis apparet. Prima verba *φθόνον - θεὸς* recte explicata sunt; nam non tantum *φθόνος ἔχει με*, sed etiam *ἔχω φθόνον* probum est. Cf. Phoen. 548.

343. Schol. A. annotatio ad v. 345 et ad 346 coniungenda, et sic e Vossianis scribenda *οὐτιδανοῖς*] *ἀχρείοις*, *ἤτοι ἀνευφράντοις*, *οὔτι δάνος καὶ ἡδονὴν ἐμποιοῦσιν· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ γάνος* [*τὸ*] *δάνος λέγουσι*, rell., quibus refellitur Abresch. p. 103, putans Schol. *δᾶς* legisse.

346. Festinanter inspexit scholia Blomfieldius, qui putat Schol. B. legisse *τλήμον' ἐς*. Nam priori explicationi l. 6. addit: *καὶ οὕτω μὲν εἴποις λαμβάνων τὴν εἰς ἔξωθεν εἰς τὸ εὐνήν.* Omnia, quae hic ab antiquis interpretibus afferuntur, ad vulg. lect. pertinent.

356. Schol. Voss. 2: *καὶ τοῦδε καὶ τούτου τοῦ ἀγγέλου* (male) *ἡ σπουδὴ οὐκ ἀπαρτίζει καὶ ἑδράζει καὶ ἵστησι τὸν οἰκεῖον πόδα, ἀλλ' ἐκκρεμῆ τοῦτον ἐπιφέρει καὶ ἄστατον.* Quae spectant vulg. lectionem; cf. B. ad 359. Suid. (v. *ἀπαρτῆσαι*): *ἀπαρτίσαι τὸ τελειῶσαι*; Schol. Arist. Plut. 388 (cf. Suid. v. *ἀπαρτί*): *ἀπαρτί· ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένως — παρὰ τὸ ἀπηρτισμένον καὶ πλῆρες.* Hesych. *ἀπαρτί*, *ἀπηρτισμένως*, *ἀκριβῶς*; cf. eundem v. *ἀπαρτῆσαι*, et Erotianum p. 13, ibi ab intpp. laudatum: *'Απαρτὶ ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένως καὶ παντελείως καὶ ὁλοκλήρως.* Denique Hesych. *ἀπαρτίζει*, *πληροῖ.* *'Απαρτίζειν* igitur interpretantur *complere, perficere, ad quietem adducere.* Rectius Schol. dedisset *ἡ σπουδὴ τὴν τούτου βάσιν οὐ πρέπουσαν καὶ*

εὐσχήμονα ποιεῖ. *Ἄρτι* affine *τῷ ἄρω* significat quod *aptum* est; id ad tempus relatum est *modo, hoc ipso tempore* 1), ad rationem, qua quid fit, *rei congruenter, decenter.* Utriusque notionis in compositis vocabulis multa sunt exempla. Cf. Homerica *ἄρτια βάζειν* (Il. XIV. 92), *ἄρτια ἤδη* (Il. V. 326), Solon frgm. 3. 32 (Demosth. de Fals. Leg. § 255) *εὐνομίη δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει.* Cursum incitatum indecorum habitum esse, ostendit Sinten. ad Plut. Pericl. c. 5 (p. 79); cf. Aristoph. Nub. 965.

376. Ex annotatione Schol. A. l. 3, sqq., ceterum satis obscura, hoc tamen apparet, interpretem *ὁρμαίνει κλύων* legisse, quod recipiendum. Nam tertium comparationis quod dicitur est ardor et aviditas pugnae. Si *μένων* scribitur, plura quidem sunt similia, sed comparatio minus venusta est; maior est enim equi classicum audientis, quam praestolantis ferocia. Praeterea *μένων* post *ὁρμαίνει* friget, similiumque vocabulorum (*μένων, μένει*) repetitio, ut alibi in trimetris, sic hoc loco mihi quidem perquam ingrata videtur, neque ea res alibi virorum doctorum offensione caruit. Sic Oed. T. 1280.

Τάδ' ἐκ δυοῖν ἔῤῥωγεν οὐ μόνου κακά,
Ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά,

geminatum *κακὰ* ferri non posse, interpretum tantum non omnium sententia est. Quum *ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακὰ* non sint mala aeque *ab utroque coniuge*

---

1) Similiter *ἁρμοῖ*, Prom. 618, ad *ἁρμόζω* referendum, quocum ex nostra lingua conferri potest vocabulum *pas.*

perpetrata (sic enim inepta foret tautologia), sed ***utrique noxia***, in praegressi versus fine aliquid legi debere, quod significet ***non noxia Oedipo tantum***, ex oppositione facile apparet. Iam sive scribitur *οὐχ ἑνὸς μόνου* (Pors.), sive *κείνου μόνου* (olim Herm.), sive *ἀνδρὸς μόνου* (Arndt, ***Quaestiones Crit. de locis quibusdam Soph.*** Brandenb. 1844, p. 24), genitivus ille, quum praepositio praecedat a qua pendere possit, quo referendus sit, ambiguum est. Itaque praeferam Hermanni coniecturam *οὐ μονοζυγῇ*. Similiter ut hic *κακὰ* ex sequenti versu adhaesit, in loco, de quo nunc ago, *μένων* librariis deberi videtur, oculo in finem praecedentis versus aberrante, cuius corruptionis aliud exemplum p. 3. attuli. *Μένει* est dativus substantivi.

390. B, ad 393: *προστατεῖν*] *προστατήν*. Haec varia lectio ex Arundeliano sumta, a Stanleio scholiis addita est; in eo enim libro est *προστατεῖν* correctum in *προστατήν*. Illud quum perpaucorum MSS. lectio sit, suspicor ex vs. 378. irrepsisse.

397. Schol. Voss. 1. *δίκη δ'ὁ δαίμων*] *ἐν δίκῃ δὲ ἤτοι δικαίως ὁ δαίμων καὶ ὁ θεὸς κάρτα καὶ λίαν αὐτὸν προστέλλεται*. Schol. B. ad 400. affert duas alias lectiones *δίκη δ'ὁ δαίμων*, et *δίκῃ δ'ὁμαίμων*. Scribendum *Δίκη δ'ὁμαίμων*. Recte Haupt. ad Aesch. Suppl. 351 (397. Well. *'Αμφοτέρους ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ Ζεύς*) Dii, inquit, qui cognatorum curam agebant, dicebantur *ὁμαίμονες* et *ὁμόγνιοι*. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 192, sqq.

411. *'Εμποδών*, B. ad 414. in lemm., A. ad 413,

l. 4, sed ἐκποδὼν est initio eiusdem scholii. Ἐμποδὼν ἔχειν est ἔχειν ἐμπόδιον (*offendere*, Gell. Noct. Att. IX. 1); itaque significarent haec verba: *neque Iovis fulmen se inimicum nacturum*, quod affirmare non poterat Capaneus, atque hoc sensu ἔχειν aptius esset, quam σχεθεῖν, *retinere, sistere*. Quare non audiendus Abreschius, qui neutram lectionem a sensu alienam dicit.

430. *Αἴθων τέτακται, λῆμα Πολυφόντου, βίᾳ*, A ad 432, l. 3; *αἶθον τέτακται λ., Π. βία*, ib. l. 7; *αἴθων τετ. λῆμα, Π. βία*, l. 11. *Αἶθον* Blomfieldio probatum, verum esse nequit, quia ἀνὴρ sic otiosum est. Vocab. στόμαργος fuit, qui ad Polyphonten referret, noveque dictum putaret pro στόμ' ἀργός, *lingua segnis*, quod propter oppositum αἴθων λῆμα placere posset. Sed vereor, ne poëta hoc modo iusto obscurius locutus esset; neque argutius quaerendum, num iactatoribus minus bene fortes viri opponi possint, quam aliis. Apparet enim, Eteoclem ad v. 423, sqq. respicere, adeoque hanc esse verborum sententiam: Capaneo, quamvis glorietur, fortem virum pugnaque parem (quod latet in φερέγγυον φρ.) opponam." Recte Schol. B. αἴθων, διάπυρος. Rhes. v. 122. αἴθων γὰρ ἀνὴρ, καὶ πεπύργωται χερί. Cf. Eustath. p. 862. 10, laudatus Wundero ad Aiac. 220. Similiter θερμὸς, bono et malo sensu. Infra 585. ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ, in quo θερμὸς est fere ἀνόσιος. Eum. 530. γελᾷ δὲ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμοεργῷ. Xenophon Mem. I. 3. 9. τὸν θερμουργὸν καὶ λεωργὸν opponit τῷ σωφρονικῷ καὶ προνοητικῷ. Choeph. 998. πολλοὺς ἀναιρῶν

πολλὰ θερμαίνοι (egregie Dind. θέρμ' ἄνοι) φρενὶ, ib. 620. Τίω δ'ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων, i. e. οὐ θερμοῖς βουλεύμασι φλέγουσαν. Cf. etiam Soph. Ai. 474, Suid. in voce. Ex quibus facile apparet, corruptum esse, quod ap. Plat. Rpb. II. p. 287. C. legitur: μὴ ἐκ τῆς τοιαύτης φρίκης θερμότεροι καὶ μαλακώτεροι τοῦ δέοντος γένωνται ἡμῖν, ubi pro θερμότεροι amicus corrigebat ῥαθυμότεροι.

434. Voss. 2. in lemm. ὄλοιθ' ὡς πόλει, lectio non spernenda. Choeph. 106. Λέγοις ἄν, ὥςπερ ᾐδέσω τάφον πατρὸς, Soph. Oed. T. 276. ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ, 80. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥςπερ ὄμματι, supra 399. τὸν ἀμὸν νυν ἀντίπαλον εὐτυχεῖν θεοὶ δοῖεν, ὡς δικαίως πόλεως πρόμαχος ὄρνυται. Sed auctoritas lectionis ὡς exigua est, et potuit facile illud vocabulum substitui a librario, qui meminisset versuum 400 et 465. Similiter supra v. 65. ὅςτις ὤκιστος var. lect. ap. Faehs. p. 91, ὥς τις.

Schol. B. ad 441. ποτ'] ἄρα. Scribendum ἀρὰ, quo verbo interpres horum versuum argumentum indicare voluit.

442. Νηΐτισι, B. ad 445 et 471, de quo cf. Unger. *Parad. Theb.* p. 311, qui ubique scribendum esse putat Νηΐσται πύλαι aut Νηΐτται non Νηΐται. Assentitur Hermannus ad Phoen. 1112 (Klotz). Et favet huic sententiae potissimum producta penultuma apud Statium, Theb. VIII. 343, et duorum librorum lectio *Neiste* et *Neistae*. Quod in Pausan. IX. 25. 4 nonnulla MSS. habent νηιστῶν, si solitarium staret, minoris foret momenti, siquidem constat in νηΐτης et

αἴτης similiter literam σ a librariis interdum male esse insertam (cf. Ung. p. 312). Notatio tamen vocabuli (p. 304, sqq. et 343) incertior est, quam ut hic contra librorum auctoritatem quidquam mutare audeam. Fieri certe potest, ut poëtae cyclici, eorumque exemplo tragici Νηΐτας portas dixerint, quas Boeoti Νηΐττας (cf. Herm. l. l.), vera autem nominis notatione deinde a grammaticis inventa, ea forma, quae in Statii est MS. a poëtis usurpari coepta sit.

449. Schol. A. ad 452: οὐκ εἶπε πρὸς ποῖον πύργον. Μεγάλως οὖν φησὶ πρὸς πάντα πύργον. In huius interpretis libro ἐχθρῶν non lectum fuisse videtur. Schol. Voss. ἔχει δὲ ἐσχηματισμένον ἄνδρα ὁπλίτην πρὸς ἀναβάσεις κλίμακος (Ms. κλίμακας) βαδίζοντα, καὶ ἀνερχόμενον πρὸς τὸν πύργον τῶν ἐχθρῶν. Sed κλίμακος πρὸς ἀμβάσεις (*ut adscendat*) στείχει πρὸς ἐχθρῶν πύργον ferri nequit. Hinc Blomfieldii opinio nata, στείχειν hic activo sensu esse usurpatum. Quod, quoniam cum linguae usu pugnat, verba προσαμβάσεις στείχειν apparet significare *scalas scandit*. Cf. Eur. Iph. T. 97. δωμάτων προσαμβάσεις ἐκβησόμεσθα. Sed sic incommoda sunt verba πρὸς ἐχθρῶν πύργον. Nam quae exempla affert Wellauerus in Lex. p. 203. b. in quibus πρὸς significet *iuxta*, sunt ab hoc loco aliena. Ag. 1027. ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρὸς, *ut igne crementur*, Choeph. 891. πρὸς αὐτὸν τόνδε σε σφάξαι θέλω, *ut una cum eo sis*, ib. 913. ἔοικα θρηνεῖν ζῶσα πρὸς τύμβον μάτην, ubi θρηνεῖν πρὸς τύμβον coniungenda; Eum. 959. πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπόμπων similiter dictum est, ut v. 238, ib. πρὸς αἷμα

καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν, i. e. *πρὸς σταλαγμὸν αἵματος*, *vestigia guttarum insequentes.* Non improbabile est, pro *ἐχθρῶν*, quod, ut vidimus, non agnoscit Schol. A, hic olim participium lectum fuisse, a quo penderent verba *κλίμακος προςαμβάσεις*, veluti *κλ. πρ. στείχει προςορμῶν πύργον*. Sed nullum succurrit, quod ad literarum ductus prope accedit. Cf. Eur. Phoen. 1180. *μακραύχενος γὰρ κλίμακος προςαμβάσεις ἔχων ἐχώρει*; similiter ib. 492. *πηκτῶν κλιμάκων προςαμβ.* sunt *scalae*. Pers. 174. *Ἰαόνων γῆν οἴχεται, πέρσαι θέλων.*

463. Scholiastae A. annotatio ad v. 466. in Vossianis sic exstat: *ἐπεύχομαι δὴ* 1) *κατὰ ταῦτα* 2) *εὐτυχεῖν σε ὦ πρόμαχε* 3) *τῶν ἐμῶν* (*δόμων* excidit), *προπολεμῶν τῆς οἰκίας ἡμῶν*, rell. Voss. 2. addit: *ἢ στικτέον εἰς τὸ εὐτυχεῖν· ἵν'* (*ῇ*) *ἡ σύνταξις οὕτως· ἐπεύχομαι δὴ τάδε μὲν, ἤγουν τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα εὐτυχεῖν καὶ εὐτυχῶς ἔχειν, τοῖσι δὲ καὶ του.... 4) οὕτως· ἐπεύχομαι* 5) *τῷδε μὲν καὶ τούτῳ τῷ Ἐτεοκλεῖ ὥςτε εὐτυχεῖν, τοῖσι δὲ καὶ τούτοις ἤγουν τοῖς πολεμίοις ἐπεύχομαι ὥςτε δυςτυχεῖν. Τὸ δὲ ἰὼ πρόμαχ' ἐμῶν δόμων διὰ μέσου.* Prima et secunda interpretatio pertinet ad lectionem *τάδε*, tertia ad *τῷδε*, quod profectum est ab aliquo, qui desideraret, quod *τοῖσι δὲ* opponi posset. Eandem

---

1) Voss. 1. *δέ*. 2) Voss. 2. *πάντα*.

3) Verba *ὦ πρόμ.* in Voss. 1. male sequuntur post *δή*.

4) Lacunae indicia in MS. desunt. Excidit (*τοῦ*)*τοις δυςτυχεῖν*. *H.

5) MS. hic et infra *ἐπεύχομεν*.

ob causam primus interpres σὲ addidit, quod tamen ab illo lectum esse non certum puto, neque satis constat, particulas δὴ et μὲν omnes in libris suis invenisse. Emendatio huius loci ex antistropha petenda, in qua legitur πέποιθα τὸν Διὸς ἀντίτυπον (δὴ om. omnes codd. et Schol.), qui versus dochmiacus est praemisso amphibracho, ut Pers. 261. Cum hoc si noster versus comparatur, apparet δὴ scribis deberi. Μὲν inde natum, quod μ' a librariis pro compendio habitum est; quare scribendum videtur:

ἐπεύχομαι τάδε μ' εὐτυχεῖν,

ἰὼ πρόμαχ' ἐμῶν δόμων, τοῖσι δὲ δυστυχεῖν

» precor, haec ut mihi bene cedant (κατὰ τάδε εὐτ. με), o domus meae propugnator, illis autem ut damno sint," in quibus liberior constructio facile agnoscitur. Similiter subiectum mutatur Eum. 254. 'Αλλ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν 'Ερυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον, ubi ante ῥοφεῖν intelligitur μέ. Ib. 166. Κἀμοί τε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται, 'Υπό τε γᾶν φυγὼν, οὔποτ' ἐλευθεροῦται verbum ἐκλύσεται ad Apollinem, ἐλευθεροῦται ad Orestem referendum. Priorem versum Wellauerus, si recte intelligo, interpretatur: mihi et ille (Apollo) odio est, et is, quem non liberabit (Orestes)." Sed subiectum ante λυπρὸς omissum nescio quomodo offendit: fortasse leg. δὲ λ. κεῖνον οὐκ ἐκλ. Verba illa καὶ τὸν duobus praeterea locis in Aeschylo leguntur, qui aeque emendatione egent. Choeph. 716. χθόνιον δ' 'Ερμῆν Καὶ τὸν νύχιον τοῖσδ' ἐφοδεῦσαι ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν, ubi cum Bothio κοῖτον νύχιον malim, quod de morte intelligendum. Supra 295. τοῖσι μὲν ἔξω

Πύργων ἀνδρολέτειραν Καὶ τὰν ξιψοπλὸν ἄταν Ἐμβαλόντες, ubi καὶ τὰν supplementum est librarii. Scribendum, nisi fallor, ἀνδρ. Ἔριν, quod facile ante ξιψοπλον excidere potuit.

495. Voss. 2. Εἰ μὲν γράφεται φλέγων ἡ διὰ ἀντὶ τῆς ἀπὸ ληφθείη, εἰ δὲ φέρων ἡ διὰ ἀντὶ τῆς ἐπί. Lectione φέρων omnis orationis elegantia tollitur. Recte iam Stephanus explicuit: φέρων βέλος ὃ φλέγει. Oed. T. 742. χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα, i. e. ἄρτι ἔχων χνοάζον κάρα, 153. ἐκτέταμαι, φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων. Plura dabit Wunder. ad Oed. Col. 1606. Minus apte comparatur vs. 268, supra, ubi φλέγειν vere activum est. Βέλος, *fulmen* illustrat Valck. ad Hipp. 530.

499. Schol. Voss. 2. εἰ Ζεύς γε Τυφῶ] εἰ ὁ Ζεύς, φησίν, ἰσχυρότερός ἐστιν ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Τυφῶνος. Ἔστι δὲ εἰκος τοὺς μὴ φιλοῦντας τοῦτον (int. Iovem) πράξειν κακῶς καὶ τὰ (leg. κατὰ τὰ) ἐγγεγραμμένα ταῖς ἀσπίσιν αὐτῶν ὄγκηρα σήματα (κατὰ-σήματα de suo addidit interpres). Πάντως καὶ τῷ Ὑπερβίῳ, πρὸς τὸν λόγον τοῦ ἐν τῇ ἀσπίδι αὐτοῦ σήματος, ἀναντιῤῥήτως (Ζεὺς) σωτὴρ γένηται, ἐπὶ [δὲ] τῆς ἀσπίδος αὐτοῦ τυχὼν ἐζωγραφημένος. Eodem ordine, quo versus a Scholiaste explicantur, leguntur in textu libri, in quo haec inveniuntur, et in Reg. A (500, 499, 501, 502). In Mediceo, teste Dindorfio, qui versus 497-502 spurios iudicat, ita illi se excipiunt: 500, 501, 499; 502, quod praescriptis literis β, γ, α, δ, sic correctum: 499, 500, 501, 502; unde intelligitur versus 499 sedem incertam esse, reliquorum vero stabilem. Ipse

ille versus 499. *εἰκὸς δὲ πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντιστάτας*, suspicione non vacat; nam verba *εἰκὸς δέ*, ***verisimile est***, frigent; *ὧδε* necessario referri debet ad *πράξειν* non ad *ἀντιστάτας*, unde sequitur *ἄνδρας ἀντιστάτας* definite dictum esse ***hos adversarios***. Sed quamvis ante vocabulum *ἀνὴρ* saepe omittitur articulus, in iis tamen, quae attulerunt Wyttenb. ad Phaed. p. 98 B, Herm. ad Oed. C. 32, Stallb. in exc. ad Plat. Phaedr. p. 267. A. (add. Aristoph. Ach. 405) nullum est exemplum huic simile; atque sic demum posset hic locus defendi, si explicare liceret: *εἰκὸς δὲ αὐτοὺς* (saepe *ἀνὴρ* pro *ἐκεῖνος*) *οὕτω πράξειν, ὅταν εἰς ταὐτὸ ἔλθωσι*, ut *ἀντιστάτας* appositio esset ad *ἄνδρας*. Sed hoc minus etiam probandum est quam interpretis graeci explicatio: aequum est viros Iovi infensos hanc sortem pati. In reliquis animadvertendum, eundem vs. 500 non *εἴ-τε* sed *εἴ-γε*, ***si modo*** (cf. Hoogev. Particc. p. 339, sq.) et vs. 501 post *Ὑπερβίῳ* fortius aliquod vocabulum quam *τε* legisse, quod arguunt verba *πάντως, ἀναντιῤῥήτως*; denique utrum ultimo versu *ἂν* post *γένοιτο* invenerit, nec ne, dubium est; *ἂν* tamen genuinum puto; supra 386:

Τῷ τοι φέροντι σῆμ' ὑπέρκομπον τόδε
Γένοιτ' ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον.

Unde legendum puto:

Τοιάδε μέντοι προςφίλεια δαιμόνων·
Πρὸς τῶν κρατούντων ἐσμὲν, οἱ δ' ἡσσωμένων,
Εἰ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχῃ.
Ὑπερβίῳ τοι πρὸς λόγον τοῦ σήματος
Σωτὴρ γένοιτ' ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχών.

Eteocles, quum tales patronos sibi veri elegerint, fore dicit, ut Thebani vincant, Hyperbium certe a Iove, cuius imaginem in scuto gerat, servatum iri. Dindorfium ut haec Aeschylo abiudicaret potissimum movit tautologia, quae insit in his versibus, si cum praegressis comparentur; sed aliquid certe requiri videtur, quo illa, quae de adversariis diis in clypeis conspicuis dixit poëta, ad ipsorum virorum contentionem accommodentur. Similis abundantia est Ag. 935, sq., 1233, sqq. et, qui locus apprime cum nostro convenit, Choeph. 140, sqq., praecipue 145.

505. *Δαίμοσιν*, B. ad 508; Schol. Voss. haec habet: *πέποιθα τὸν Διὸς ἀντίτυπον ἔχοντα*] .... *πέποιθα καὶ θαῤῥῶ τὸν ἐν τῷ σάκει καὶ τῇ ἀσπίδι ἔχοντα καὶ βαστάζοντα τὸ δέμας καὶ τὸ σῶμα, τὸ ἀντίτυπον καὶ ἐνάντιον καὶ ἐχθρὸν τοῦ Διὸς, ἤτοι περιφραστικῶς, αὐτὸν τὸν Τυφῶνα, τὸν ἄφιλον καὶ μισητὸν ἀνθρώποις καὶ ἀθανάτοις θεοῖς, ἰάψειν καὶ πέμπειν* (l. *πέμψειν*) *πρόσθε πυλῶν, ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν πυλῶν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν. Δαίμοσιν ἐχθρῶν εἴκασμα*] *εἰς ἴνδαλμα καὶ εἰς τύπον καὶ εἰκόνα τῶν ἐχθρῶν τοῖς θεοῖς, τουτέστι σημεῖον καὶ παράδειγμα τῶν ὧν πάσχουσι τῶν θεῶν ἐχθροί.* Priora ad lectionem hodie receptam pertinent. Ad alteram lectionem explicandam, verba sic erant ordinanda; *εἴκασμα βροτοῖς ἐχθρῶν δαίμοσί τε καὶ δαροβίοισι θεοῖσι*; sic vero divelluntur, quae necessario cohaerent *βροτοῖς τε καὶ δαρ. θεοῖς.*

550. Schol. Voss. *λέγοιμ' ἂν καὶ τὸν ἕκτον ἄνδρα σωφρονέστερον τῶν προειρημένων, κατὰ δύναμίν τε ἄριστον, Ἀμφιαρέω βίαν.* Voss. 2. *σωφρονέστατον*; sed

in Scholiaste legendum esse σωφρονέστερον demonstrant verba τῶν προειρημένων; in poëtae verbis utrum sit praeferendum, non tam apertum est. Infra v. 639. μὴ καὶ τεκνώθη δυςφορώτερος γόος, Schol. B. cum aliquot libris δυςφορώτατος, recte ab editoribus spretum. Eur. Androm. 640. pro κύδιον non melius librarii κύδιστον substituerunt. Infra v. 580 pro δυςσεβεστέροις, aliquot codices δυςσεβεστάτοις, quod praeferunt Schutz. et Dind., quamvis illud confirmetur a Schol. A. ad 582, et Thom. Mag. v. ὄρνιθες. Intelligitur hinc, quod, etiam si exempla non docerent, non improbabile esset, librarios saepius superlativum, cuius maiorem esse vim putabant, substituisse. Quare hoc quoque loco comparativum verum habeo, recte a Schol. explicatum. Vs. sequente μάντιν Ἀμφιάρεω βίαν coniungenda videntur. Μάντις κόρα, Pind. Pyth. XI. 33, ἁ πρόμαντις Δίκα, Soph. El. 467. Cf. Brunck. ad Soph. Oed. T. 80, Valck. Phoen. 103, Herm. Ai. 163. Adiectivum cum βίαν construitur. Vide ad Prom. 15.

558. Schol. Voss. καὶ τὸν σὸν αὖθις [1])] καὶ τὸν σὸν ἀδελφὸν, δηλαδὴ τὸν Πολυνείκην τὸν πλησιοθάνατον, ἢ τὸν ἀξιοθάνατον, ἢ τὸν συμπράκτορα τοῦ Τυδέως, κακοῖσι βάζει ἀπὸ κοινοῦ ἐξυπτιάζων καὶ ἐξαπλῶν καὶ οἷον ὕπτιον καὶ ἀνατεταμένον τιθεὶς τῇ διαλύσει τὸ τούτου

1) Καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόςμορον ἀδελφεὸν Πολυνείκους βίαν, Voss. 1, in quo hoc scholion mutilum et, ut videtur, brevius exstat, quare in sequentibus Voss. 2. secutus sum.

ὄνομα, λέγω δὴ τὸ Πολυνείκης· δὶς δ' ἐνδατούμενος, ἤτοι εἰς δύο μερίζων καὶ διακόπτων αὐτὸ εἰς τὸ πολὺ καὶ τὸ νεῖκος, τὸ ἐν τελευτῇ (int. *ὄνομα*) *καλεῖ καὶ τοῖς ἑάυτοῦ περιφέρει χείλεσιν, τὸ νεῖκος δηλαδὴ, λέγων ὡς* (Ms. *ὃς*) *πολλὰ νείκη τῇδε θήσεται. Γρ. καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσπορον, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπόρου.* Huic igitur interpreti verba sic cohaerere visa sunt: *κακοῖσι βάζει Τυδέως βίαν* (vs. 553), *καὶ τὸν σὸν αὖθις ἀδελφεόν, ἐξυπτιάζων ὄνομα Πολυνείκους* [*βίαν*], *καὶ δὶς ἐνδατούμενος τὸ ὄνομα, καλεῖ* (*τὸ*) *ἐν τελευτῇ* (*ὄνομα*). Pro *βίαν* in libro suo habuisse videtur *λέγω*, ex interpretatione natum. Cf. Var. Lect. ad Prom. 6. Porro in scholio legitur *δὶς δ'* non *δίς τ'*, sed huic non multum tribuo. Denique verba, quae sunt initio *ἢ τὸν συμπράκτορα τοῦ Τυδέως* (cf. A. ad 561), si quid video, pertinent ad lectionem *πρόσπολον*, ex vs. 556, ut videtur, male huc translatam. Itaque habemus vulgatam lectionem *πρόσμορον ἀδελφεὸν*, cum var. lect. *πρόσπορον*, quod nihili est. Schol. explicat *ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπόρου*, quae quid aliud, quam faciunt ut cogitemus de vocabulo *ὁμόσπορον*? Huius lectionis locum occupavit *ἀδελφεόν*, forma a trimetris aliena, quam vel metrum falsam esse docet. Verae lectionis vestigia remanserunt tam in vulgata *-μορον*, quam in altera lectione *-σπορον*. Illo vocabulo in locum τοῦ *ἀδελφεὸν* substituto, duae desunt syllabae, quas Blomf. supplet addendo participio *μολὼν* (*προςμολὼν*); propius ad librorum lectionem accedemus scribendo *προςθροῶν*; nam *Θ* et *O* vix differunt, literas *ο* et *ω* saepius permutari, nota

est res. Verbum προςθροεῖν habet Noster Prom. 598. Τίς ἄρα μ' ὧδ' ἐτήτυμα προςθροεῖς; Totum locum sic scribendum putem:

Καὶ τὸν σὸν αὖθις προςθροῶν ὁμόσπορον,
'Εξυπτιάζων ὄμμα, Πολυνείκους βίαν,
Δίς ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος
Καλεῖ,

in quibus Πολυνείκους βίαν, positum διὰ μέσου, aeque ad προςθροῶν atque ad καλεῖ pertinet. 'Εξυπτιάζων ad προςθροῶν referendum, ἐνδατούμενος ad καλεῖ. Versu 2. ἐξυπτιάζων ὄμμα pro ὄνομα debetur Schutzio: ***resupinans vultum***, ***torvo oculo adspiciens***. Vs. 3. ἐν τελευτῇ significare potest et in fine opprobrii et ***tandem***, postquam diu frustra vocaverat, quod praefero. Iratus Amphiaraus exclamabat Πολύνεικες πολυνεικὲς vel πολὺ νεικεῖς. De verbo ἐνδατεῖσθαι cf. Blomf. ad h. l., Stallb. ad Plat. Rpbl. p. 383. B; de confusis vocc. ὄνομα et ὄμμα Valcken. ad Phoen. 415 (iam a Blomf. laudatus), Herm. ad Hec. 433, Plat. Phaed. p. 99. B. — Ceterum Voss. 2. ad v. 560 hoc scholion habet: δίς τ' ἐν τελευτῇ] ἀντὶ τοῦ δύω τέλη ποιῶν τοῦ ἑνὸς ὀνόματος τὸ πολὺ καὶ τὸ νεῖκος.

569. B. ad 572. πιανῶ] δοξάσω, κοσμήσω; idem ad 602: 'Αμφιάραος εἶπεν ὅτι ὑπὸ γῆν κρυβήσεται καὶ ταυτην δοξάσει. Utroquo loco δοξάζειν posuit pro ***conspicuum reddere***, ***gloria augere***. Cf. ***Bretschneider. Lex. in N. T.*** i. v.

589. 'Ενδίκως, A. ad 592, ἐκδίκως, B. Prius retinuit Herm. Opuscc. I. p. 107. Stephanus, ἐνδίκως, inquit, ferri potest, quia non debebat Amphiarao

quidquam esse commercii cum improbis." Sed quum Eteocles conqueratur sortis iniquitatem, quae probos improbosque eodem loco habeat, Amphiarai igitur infortunium miseratione dignum putet, ἐκδίκως sensui aptius videtur. Ad sententiam cf. Theogn. 377, sqq.

595. A. ad 598: πομπὴν τὴν μακρὰν] ἐπὶ τὴν εἰς ᾅδην ἀποικίαν ἑλκυσθήσεται μολεῖν τὴν ἐναντίαν τῇ εἰς Ἄργος. Haud scio an duo hic habeamus scholia, quorum prius (usque ad ἑλκ.) pertineat ad lectionem πόλιν, alterum ad πάλιν. Πόλιν habet Schol. B. cum Ar. De vocabulis πάλιν et πόλιν confusis vid. Valcken. ad Phoen. 732, Unger. Parad. p. 150, sq. Πάλιν si scribitur, construendum est: τείνουσι πομπὴν μακρὰν (οὖσαν) πάλιν μολεῖν, *viam longam reditu* h. e. irremeabilem. Sic Soph. Oed. Col. 662. μακρὸν πέλαγος, *quod nemo facile emetiri potest*, nec dissimilia, quae affert Musgr. ad Soph. Oed. T. 1249. Significat *viam ad inferos*. Male autem Blomf. aliique φρενῶν βίᾳ interpretantur *invito animo;* significat *stulte;* βίᾳ τινὸς enim dicitur quod *invito aliquo fit* (Blomf. *in spite of*, nos: *in weerwil van*), itaque βίᾳ φρενῶν significare potest *contra sanam mentem*, eaque notio hic propter verborum collocationem paene necessaria est. Τείνειν πομπὴν ornate et graviter dictum pro τείνειν πορείαν, ὁδὸν, *tendere* sive *ingredi iter*. Quare sensus est: iustus cum improbis mixtus viam letalem ingressis, eodem fato, sic volente Iove, auferetur." Itaque non video, quare versus hic a Dindorfio spurius sit iu-

dicatus; imo gravis mihi videtur et acerba Eteoclis oratio, qua hostilis expeditio comparatur cum pompa, quae ad inferos tendit.

604. Φέρει, Var. Lect. ap. Schol. B. ad 607; in lemmate est φύσει, cui additur glossa λίαν. Hesych. φύσει] βλαστήσει, ἀληθῶς φύει. Non vereor, ne quisquam cum Blomf. φύσει tueatur, quae lectio non aliter explicari potest quam sic, ut credamus, Lasthenem ipsum σάρκα dici. Contra φύει, quod proposuit Well., optime se habet. Cf. Lob. ad Ai. p. 90. n. 8, Wunder. ad Soph. Oed. C. v. 801, Aristoph. Ran. 418. Illud φύει in φυῇ abiisse videtur, vocabulo φύσει explicatum. Φέρει ex correctione natum; vid. supra v. 495. Similiter ἔχει pro ἔφυ substitutum esse videtur Xen. Mem. I. 1. 11. οὐ διελέγετο, σκοπῶν, ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων, ubi aliquot libri ἔφυ. Praecipuam industriam posuerant philosophi in explicanda *origine* universae rerum naturae, tamque arduam quaestionem hic a Xenophonte non omitti, consentaneum est. *Τὰ οὐράνια* sunt τὰ μετέωρα, ut ex praesenti tempore γίγνεται apparet.

624. Varia lectio in fine scholii A. ad 627: γρ. δὲ καὶ εὔθετον σάκος est etiam in utroque Voss. In priori legitur: εὔθετον σάκος] γράφεται εὔθετον, ἀντὶ τοῦ εὐϊστακτον (leg. εὐβάστακτον) εἶναι, in altero, postremo vocabulo omisso, additur: Θεῖναι γὰρ τὸ ἀναλαβεῖν, rell. sicut in editis. Unde apparet, interpretes εὔθετον non intellexisse, quo magis εὔκυκλον tanquam

glossema eiiciendum est. Hom. Iliad. II. 382. εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω.

632. Voss. 2: γρ. δοκεῖς ἤγουν νομίζεις. In textu est δοκεῖ. Rarior usus verbi personalis δοκεῖν pro *consentaneum* sive *e re putare* librariis hic fraudi fuit. Ag. 1634. ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν, ib. 16. ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ, — κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων, *quum animus canere iubet, deploro (cantilenis) huius domus calamitatem.* Cf. Well. ad utrumque locum, Plat. Phaedr. p. 230. E. ἐγώ μοι δοκῶ κατακεῖσθαι. Sensus: iam ipse decernas, quos mittere velis.

649. A. ad 652. εἶδεν αὐτὸν καὶ ἐφίλησεν. Legit igitur προςεῖδε, quod propter verba φυγόντα μητρόθεν σκότον verum puto. Hes. Theog. 82. Ὅντινα τιμήσωσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο, Γεινόμενόν τ' ἐςίδωσι διοτρεφέων βασιλήων, Τῷ μὲν, rell. Callim. Epigr. 22. Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας Μὴ λόξῳ πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους, Horat. Od. IV. 3, Theocr. IX. 36, quos locos affert Valck. ad Hipp. 1339. Cf. Lennep. ad Hes. Theog. l. l., Prom. 215. οὐκ ἠξίωσαν οὐδὲ προςβλέψαι τὸ πᾶν, quem versum iam indicavit Blomf.

658. Πτερῶν et πετρῶν affert Schol. B. ad 661. Προβλήματα πτερῶν, *munimenta contra sagittas*, minus aptum est, quam πετρῶν, quia Eteocles de pugna singulari cogitat. Cf. Valck. ad Phoen. 786. Idem Schol. habet αἰχμῆς. Schol. Voss. 2: γρ. αἰχμὴν, ἵν' ᾖ οὕτως· φέρε ὡς τάχος καὶ ταχέως τὰς κνημῖδας καὶ

τὴν αἰχμὴν καὶ ἕνεκα τῶν πετρῶν τὰ προβλήματα ἤτοι τὰ σκουτάρια. — *Αἰχμῆς καὶ πετρῶν προβλήματα* forent munimenta *contra* hastam et saxa. Cf. Soph. Ai. 1191, 1198, Hom. Il. XV. 645. Atque sic apte ocreae vocarentur. Alcaeus apud Athen. XIV. p. 627. A. (Valckenaerio laudatus) λάμπραι κνάμιδες, ἄρκος ἰσχύρω βέλευς. Sed etsi in armis principem fere locum teneant ocreae (Hom. Il. III. 330, XI. 17, et passim), mirum tamen has solas postulari. Vulgata igitur praeferenda. Raro, quemadmodum hoc loco, apud poëtas tria substantiva sic coniunguntur, ut postremo particula καὶ praemittatur; idque in simplici enumeratione, veluti supra 45, Pers. 304, minus mirum est, quam hic, ubi tertium membrum reliquis longe ornatius est. Neque Suppl. 520. apte comparari potest, ubi καὶ membra accurate adaequata coniungit. Hic positum videtur, quia tria, quae commemorantur, totum constituunt. *Προβλήματα πετρῶν* significat loricam et clypeum.

666. *Κέρδος ἕν*, Schol. A. ad 669, quod tum demum ferri posset, si deinceps explicaretur, quodnam esset illud lucrum. Blomfieldius igitur, qui illud recepit, lacunae signum post hunc versum posuit, inductus verbosiore eiusdem interpretis ad v. 668. explicatione. Sed cf. A. ad 682, ad Prom. 887, B. ad Pers. 213. Nihil excidisse confirmat etiam aequalis versuum sibi respondentium numerus v. 671, 676, 684, 691. In annotatione illa ad 668. verbis *τοῦτό φησι τὸ εὐκλεῶς ἀποθανεῖν* praeponi debebat lemma *μόνον γὰρ κέρδος*. Wellauerus ἔστω ad verba proxime

praegressa referens interpretatur: si quis malum aliquod (i. e. mortem) sine dedecore suscipit, esto, (suscipiat)." Potest vero ἔστω etiam ad chori verba pertinere: si quis malum aliquod tolerat sine dedecore, esto, nulla sit oblivio." Utrumvis probaveris, sequentium sententia est: *merum est enim hoc* (fortis viri memoriam relinquere) *mortuis* (in inferis, Eum. 97. ἐν φθιτοῖσι) *lucrum*. Etsi igitur vulgata lectio possit explicari, non displiceret tamen μένον (ἔστι) vel μένει γὰρ κέρδος εὖ τεθνηκόσι, *si quis mortem gloriose obit, esto (obeat); remanet enim lucrum fortiter occumbentibus*.

668. In lemmate Schol. A. ad 671. Voss. 2. habet τέκος, quod ibi in textu etiam legitur; interpolatum, ut videtur, ex v. 659. — In Schol. B. ad 672. et 680 aliena sunt lemmata. Scribendum ἔρωτος] τοῦ πολέμου, *amoris belli* (Brunck ad Soph. Oed. C. 363.). Τέλει'] ποταπή, quo indicare voluit, τέλει' adiectivum esse, non verbum. Cf. Pauw. *Praetermm. in Scholiis* ad Prom. 955. (vol. II. p. 1114. sq.)

679. Schol. A. ad 682. κέρδος μοι ὑποτιθεμένη τὸ προτερῆσαι ἀποκτείναντα, ἢ ὑστερῆσαι. Legisse videtur λέγουσα κέρδος πρότερον ὑστέρου μόρου, quod sic interpretatur λέγουσα κέρδος μεῖζον τὸν πρότερον μόρον ἢ τὸν ὕστερον, *maius lucrum dicens priorem quam posteriorem mortem;* sed quum in vocabulo κέρδος nulla sit comparationis significatio, μεῖζον non videtur omitti posse. Veruntamen illa lectio non prorsus spernenda; nam una litera adiecta sensus non incommodus est:

λέγουσα κέρδους πρότερον ὑστέρου μόρον, *mortem potiorem dicens, quam insecuturum lucrum*, i. e. mortem magis gloriosam dicens, quam longiorem vitam et regni paterni possessionem. Exitus-ος et-ους permutantur etiam supra v. 367. *τρεῖς κατασκίους λόφους Σείει, κράνους χαίτωμα*, ubi alter interpres — *ἣν χαίτωμα καλεῖ, ἐπειδὴ καὶ κράνος* (leg. *κρατὸς*) *εἶπε, χαίτη γὰρ τῆς κεφαλῆς ἡ θρίξ*. Apud Sophoclem, Oed. T. 1279. *αἵματος* pro *αἱματοῦς* substitutum videtur.

688. Schol. A. ad 690: *ἐπεὶ ὁ θυμὸς χρονίως καὶ βραδέως ποτὲ ἴσως ἂν ἔλθοι ἐν ἀνατροπῇ καὶ μεταλλοιώσει τοῦ φρονήματος ἐν θαλερωτέρῳ — πνεύματι*. Pro *θυμὸς* lubenter substituerem *θεὸς*, nisi Schol. B. hanc vocem confirmaret, ad verba prioris interpretis, ut saepius facit, respiciens. *Δαίμων* a Schol. B. explicatur vocabulo *τύχη*, quod uno tantum literae ductu a *ψυχὴ* discrepans cum hoc saepius permutari, nemo nescit. *Τύχη* si a poëta profectum esse posset, res foret salva; nunc nihil ausim statuere. In sequentibus Schol. A. habuit: *λήματος ἀντροπαίᾳ χρόνια*. *Χρόνια* (*χρονίως*) restituendum quoque Schol. B. ad 691, non magis verum quam *ἀντροπαίᾳ*, quod vocabulum non *mutationem* sed *eversionem* significat. *Τροπαία* natura sua adiectivum esse, docet Lobeckius, Paralip. p. 314; sed *πνοὴ* neque hic neque Choeph. 764. *τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει ποτέ*, intelligi potest; potius crebra substantivi omissione factum est, ut *τροπαία* pro *τροπὴ* a poëta usurpari potuerit, sicut *ἡ ἡμερία*

pro ἡμέρα, νυκτερίνη pro νύξ. Cf. Lob. ad Ai. 208, p. 158. Ἐν τροπαίᾳ χρονίᾳ interpretor ἐν τροπῇ χρόνου, ἐν χρόνῳ. Nihil antiquis poëtis frequentius est, quam tempus volvendo labi. Iam apud Homer. est περιτροπέων (Il. II. 295) et περιτελλόμενος ἐνιαυτός; similiter Virgilius, Aen. I. 234, *volventibus annis;* Pind. Ol. IV. init. ὧραι ἑλισσόμεναι, Soph. Oed. T. 156. περιτελλομέναις ὥραις. Cf. I. H. Voss. ad Virg. Georg. II. 295. Λήματος pendet a μεταλλακτός, de qua constructione cf. Matth. Gr. § 339.

692. Φασμάτων ἐνυπνίων, B. in lemm. ad 695. Aeschyli fragmentum apud Athen. XI. p. 491 (fr. 285) νυκτέρων φαντασμάτων, laudatum Porsono ad Orest. 401. nihil contra hoc probat; eodem iure pro altera lectione afferre licet Ag. 265. ὀνείρων φάσματα. Vocabulum φάσμα ab antiquis interdum altero (φάντασμα) explicitum esse, ostendit Hesychius; et versus ἄγαν δ' ἀληθεῖς φασμάτων ἐνυπνίων, ideo elegantior videtur, quia solennis caesura ante tertiam arsin sic magis sentitur.

698 (701). Δίκην, var. Lect. ap. Schol. A, cuius explicatio improbanda. Nam τιμᾶν non esse τιμωρεῖν particula καὶ satis probat; et interrogationem hoc versu non posse contineri, demonstravit Blomfieldius. Potius interpretandum erat, *etiam imbellem iustitiam honorat deus*, i. e. si tu, etiamsi ignavus, iustus tamen sis, a deo honore dignus habeberis." Sed Eteoclem obviam fratri euntem iniuste agere, nusquam alibi significat chorus. Νίκην si scribitur, hoc dicere videtur chorus: *victoriam etiam dolo partam amat*

deus. Quam sententiam consulto obscurius eloquitur Aesch. fragm. 273 (Stob. IX. 23):

'Απάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός,

cui versui alium addit Sextus in Fabricii Biblioth. vol. XII. p. 626:

Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου τιμᾷ θεός.

'Απάτην δικαίαν Aeschylus dixisse videtur fraudem, quae ob iustam causam committitur. Eustathius ubi priorem versum affert (p. 188. 44) laudat Herod. III. 72: *ἔνθα γάρ τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω*, de quo cf. A. de Jongh, *de Herodoti Philosophia*, p. 89, sq. Plat. Rpbl. III. p. 389. — Voss. 1, qui habet idem scholion verba *δίκην ἢ* omittit.

716. Schol. Voss: *ἐπειδὰν αὐτοὶ κτάνωσιν*] *ὅταν μὲν* 1) *οὖν φονεύσωσι καὶ κτάνωσιν, αὐτοὶ* 2) *ἑαυτοὺς διακόψαντες καὶ ἡ πατρῴα γῆ πίῃ τὸ ἐκ τοῦ φόνου αὐτῶν κενωθὲν (ἐνωθὲν?) μέλαν αἷμα, τίς ἂν αὐτοῖς κάθαρσις παράσχοιτο, τίς ἂν αὐτοὺς λούσειεν, ὡς νόμος ποιεῖν* 3) *νεκρούς.* Schol. A. ad 712, p. 216: *ὅταν μέντοι αὐτοὺς κτάνωσι*, quibus quoniam verba *ἐπειδὰν αὐτοὶ κτάνωσιν, αὐτοδάϊκτοι θάνωσι* explicantur, idque interpretatione parum accurata, de lectione quam secutus sit, nihil definiri potest. In vulgata *αὐτοὶ* prorsus otiosum est; *αὐτοκτονῶσι*, quod proposuit Well., soloecum est. Itaque verum puto *αὐτοκτόνως*, quod habet etiam B. ad 719. Quod in antistropha est *πα-*

---

1) *μὲν* om. Voss. 2.

2) *Φον.-αὐτοὶ* om. Voss. 1. Pro *κτάνωσιν* fort. *θάνωσι* legendum.

3) *εἰς* addit Voss. 2; *ποιεῖ*, Voss. 1; eadem litera sequente, *ν* a librario omissum est.

ῥαιβασίαν [1]) lectius est, quam ut librariis deberi possit; unde apparet hic syllabam post αὐτοκτόνως desiderari. Fortasse legendum:

Ἐπειδὰν αὐτοκτόνως
ὧδ' αὐτοδάϊκτοι θάνωσι.

Supra 683. Ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος, 708. παιδολέτωρ ἔρις ἄδ' ὀτρύνει. Versus alter est choriambico-troch. cum anacr. — Vs. sequenti χθονία explicari quidem poterat vocabulo πατρῷα, (cf. infra 986. (κακὰ) δώμασι καὶ χθονί), sed cum Scholiastes Voss. habeat πατρῷα, editus ad v. 712, bis πατρία (p. 216. l. 3, 6), et neuter commemoret χθονία, πατρία ab iis lectum esse, non improbabile est.

721. Λύσειεν, A. ad 723: τίς αὐτοὺς ἐκλύσει τοῦ τοιούτου μιάσματος; Sed genitivus hic supprimi nequit; neque comparari potest Choeph. 793. Λύσασθ' αἷμα προςφάτοις δίκαις, ubi ne quis coniiciat λούσασθ', cf. ib. 47. τί γὰρ λυτρὸν πεσόντος αἵματος πέδῳ; — Λύειν αἷμα, φόνον est *caedis culpam solvere*, *a caedis culpa liberare*. Cf. Wunder. ad Soph. El. 439. Non magis Ant. vs. 40. λύειν et λούειν permutata videntur. Vulgata illius loci scriptura est τί δ', ὦ ταλαίφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ Λύουσ' ἂν ἢ θάπτουσα προςθείμην πλέον; — Hermannus: λούουσ' ἂν ἢ θάπτουσα; sed etiamsi haec verba non tam ipsam actionem, quam consilium et voluntatem significare putentur, tamen ex iis, quae paulo post Ismene dicit, apparet eam ne cogitare quidem de sepulturae honore.

1) Sic etiam Voss. 1.

Itaque cum Brunckio scribendum *λύοιμ' ἂν ἢ 'φάπτουσα. 'Εφάπτειν, annectere*, similiter ut alibi *ἅπτειν*, hic translate de rixa et contentione dicitur. Sensus: *quid ego vel solvendo vel nectendo lites* (h. e. *vel obsequio vel rixa*) *proficerem? Νεῖκος*, ut in proverbiali locutione, omittitur. Cf. quae post Boeckhium monuit Wunderus.

735. In lemmate Schol. A. ad 738. cum Voss. l. scribendum *μὴ πρός. Μὴ πρὸς ἀγνὰν* idem est, quod *πρὸς ἄναγνον*, nisi quod negatio eximia cum vi praeponitur. Plat. Gorg. p. 461 B. *καὶ ἐὰν μὴ ἔλθῃ ταῦτα εἰδὼς παρ' αὐτὸν, αὐτὸς διδάξειν ἔπειτα*; ubi coniungenda *μὴ* et *εἰδώς*. — In eadem annotatione l. 7. legitur: *Ἔτλη δὲ ἀγνοίᾳ συναγαγεῖν τοὺς γάμους ὁ τὰς φρένας βλαβείς.* Haec pertinent ad lectionem *ἔτλα παρανοίᾳ συναγαγεῖν νυμφίους φρενώλης*, in quibus nihil esse, quod probari possit, nisi forte *φρενώλης*, metrum arguit. Mihi tamen *φρενωλεῖς* multo magis placet, quo vocabulo cum emphasi in fine orationis posito, graviter chorus iudicium suum de Oedipode et Iocaste pronunciat. *Συναγαγεῖν* natum est ex *συνάγαγε*; nam quum *ν* adhaesisset ex initio sequentis vocabuli (*νυμφίους*), librarii literam *ι* addiderunt, non intelligentes, *σπείρας* pro *σπεῖραι* positum ab *ἔτλα* pendere, de quo vid. Matth. Gr. § 550. b. *Συνάγαγε* autem ut retineri posset in antistropha v. 746 scribendum foret *Δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσι μὴ Καὶ πόλις δαμάσθῃ*, in quibus *καὶ* post *μὴ* non displiceret (cf. supra 639, Pers. 523, Eum. 172); sed quum coniunctio illa, quae facilius a librariis addi quam omitti potuit, in paucis sit MSS., et ne in Scholiaste quidem ad 749, l. 2, ubi a Voss.

1. abest, satis certa, praestat pro *συνάγαγε* scribere *συνᾶγε* (non *σύναγε*), quod librorum auctoritate non caret. Cf. Well.

768. Schol. A. ad 771. *ἐπιβλαβεῖς δὲ ἐντολὰς περὶ τροφῶν ἐφῆκεν αὐτοῖς*. De voce *ἀραίας* nihil apparet; cetera ad vulgatam lectionem referenda sunt. Glossa Voss. 2. (cf. Faehs. p. 98) *ἐφ. ἐπικ. τροφὰς, μανικὰς, ἐπιβλαβεῖς*. In eodem libro: *γρ. ἀφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς . . . ἕνεκα δὲ τῆς τροφῆς καὶ ἀνατροφῆς ἀφῆκε καὶ ἔπεμψε τοῖς τέκνοις ἀραίας καὶ κατάρας ἐπικότους καὶ ὀργίλους καὶ μανικὰς, ἀρὰς πικρονόμους ἢ πικρογλώσσους. Τὸ δὲ αἶ, αἶ διὰ μέσου.* — *Ἀραία* per paragogen Ionicam ab *ἀρὰ* ductum putabat, de qua disputavit Lobeckius, Paralip. 297, sqq. Sed etiamsi admitti posset *ἀραία* et *ἀρὰ* significatione non differre, tamen quem sensum *τέκνοις ἀφῆκεν ἀραίας ἐπικότους τροφᾶς* habere possent, non liqueret. Corruptum esse priorem versum, metrum indicio est, cui vereor ut satis consuluerit Wellauerus scribendo *τέκνοισι δ' ἀραίας*; nam illa dochmiorum responsio, qua sibi in fine opponuntur iambus et spondeus, nisi illicita, certe minus usitata est [1]). Cf. Enger, l. l. p. 24, sqq. Quin illa forma, quae molossum in fine habet, etiam extra responsionem tam rara est, ut eo quod *ἀρτίφρων* secundam syllabam producere potest, hoc argumentum non prorsus infringatur. Praeterea post exclamationem illam (*αἶ, αἶ*) sequi debere epexegesin,

1) Non omnia tamen huius responsionis exempla corrupta esse, alibi ostendam.

quae aliquid contineat praecedentibus gravius, quisque sentit; ut locus nunc legitur, verba πικρογλώσσους ἀρὰς nihil afferunt novi. Longe praeferrem:

τέκνοις δ' ἀγρίας
ἐφῆκεν ἐπικότους τρόφους.

Dirae, quibus Oedipus filios devoverat, in futuram perperniciem eos educasse dicuntur. Τρόφους interpositum verbis ἀραίας et ἀρὰς facile in τροφὰς abire potuit, similiter atque in Aldina ἐπικότας legitur. — Post ἐπιτρόπους, quod habet Reg. E. langueret τροφᾶς; itaque hoc et ἐπισκότους, quod ex ἐπισκόπους corruptum, tanquam variam lectionem affert Voss. 2, interpretationis gratia adscripta fuisse videntur. — De Heathii coniectura ἐπίκοτος τροφᾶς videndus Herm. *de Trill. Thebanis*, p. 15.

775. Qui cum verbis poëtae longam Schol. A. ad v. 778. annotationem contulerit, animadvertet, eum sententiam afferre, quae verbis, ut nunc leguntur, nullo pacto inesse potest. Ad quam si poëtae dicta essent accommodanda, novi versus fingendi forent. Non ignoro, saepe antiquos interpretes quaedam de suo addere, attamen haec semper ad poëtae sententiam latius explanandam pertinent; velut, si hoc loco obiter tantum mentio facta esset deorum benevolentiae, quae urbem servasset, reliqua facile enarratoris loquacitati tribuerem. Accedit, quod versus ipsi mihi quidem gravem interpolationis suspicionem movent. Postquam aperte dixit praeco, urbem servatam esse v. 775, rursus idem figurate significat v. 777, sq.; idque deinde ter inculcat, v. 786, 797, 802. Porro supervacaneum

est, rem in qua exponenda supra iam trecenti versus consumti sunt, hic v. 779, sq. in brevi narratione exitus pugnae denuo commemorari. Recte, credo, illis verbis virginum pavorem sedasset, qui nihil de pugna compertum haberet, nunc vero vix satis commoda videntur. — Versum 86. spurium iudicarunt plerique recentiores interpretes; quatuor versus 800-803 Aeschylo abiudicat Dindorfius, duos postremos Butlerus quoque. Certo definire, quae in toto hoc loco librariorum culpae sint tribuenda, eo lubentius sagacioribus relinquo, quia ipsum poëtam non prorsus ab istiusmodi repetitionibus abhorrere existimo. Cf. ad v. 499.

782. Scholiastae A. ad 785. notatio *ὁ τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ γεννηθείς* referri tantum potest ad *ἑβδομαγένης*. Itaque in scholio corrigendum est *ἑβδομαγένας*. Aliam notationem addit alter interpres *ὁ ἐν ταῖς ἑβδόμαις πύλαις ἡγεμονεύων*. Vulgata lectio omnino retinenda est; nam etiamsi notatio Scholiastae vera non videatur, poëtam tamen lusu quodam ad verbum *ἄγειν* respexisse, non improbabile est. Ceterum cf. Lobeck. Aglaoph. p. 434, not., ubi qui affertur Procli locus (in Tim. III. 200): *'Απόλλωνι τὴν ἑπτάδα ἀνεῖσαν ὡς συνέχοντι πάσας τὰς συμφωνίας-καὶ ἑβδομαγέταν ἐκάλουν, καὶ τὴν ἑβδόμην τοῦ θεοῦ ἱερὰν ἔλεγον. Τῇ γὰρ 'Απόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητὼ* — hic igitur locus non probat, in Scholiaste priore *ἑβδομαγέτης* tenendum esse; nam Hesiodi versum non affert Proclus, ut cognomen dei quomodo compositum sit, demonstret, sed doceat, unde factum sit, ut *septimus* dies Apollini sit sacer.

808. *Ἀσινεῖ σωτηρίᾳ*, B. ad 811, et, ut videtur, A. ad 807, l. 4. (*παιανίσω ἐπὶ τῇ πόλεως σωτηρίᾳ, ἢ θρηνήσω*). Scholiastes metricus ad v. 807 (p. 250) quum nostrum versum dimetrum anapaesticum acatalecticum dicat *σωτηρίᾳ* legisse videtur. Tanta est enim illius hominis inscitia, ut saepe non tam metiatur syllabas quam numeret 1). *Σωτηρίᾳ* nec metrum nec sensus patitur. Neque ultima in *σωτῆρι* correpta ferri potest; nam Agam. 347. *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ νὺξ φιλία, Μεγάλων κόσμων κτεάτειρα, Ἥτ' ἐπὶ*, rell, similiter ut hic v. 806. brevis syllaba et hiatus ab allocutione excusationem habent; Eum. 301. *ὡς ἐπινωμᾷ στάσις ἁμὰ, Εὐθυδίκαι θ' ἡδόμεθ' εἶναι* vere fortasse Dindorfius statuit legendum esse: *Εὐθυδίκαιοι δ' ἡδόμεθ' εἶναι.*

---

1) Temere ne iudicasse videar, quaedam specimina apponam. Vs. 204. *ἀπτόμενον πυρὶ δαΐῳ*, et 211. similiter ac postremi versus reliquorum canticorum, v. 463, 503, et rell. ei sunt *ἀντισπαστικὰ ἡμιόλια*, hos qui praecedunt omnes *ἀντισπαστικὰ τρίμετρα βραχυκατάληκτα*, velut *τὸν ἀμόν νυν ἀντίπαλον εὐτυχεῖν* (v. 399), *πρόμαχος ὄρνυται· τρέμω δ' αἱματη-* (401). Carminis, quod legitur inde a vs. 702. quatuordecim primi versus ei sunt anapaestici; alibi quaenam sint in choris metra, promiscue recenset (vide ad 72), ut etiamsi certam metricam normam secutus esset, nihil proficeremus. Accuratius in carmine, quod incipit vs. 814. versatur, quod si ad eius mentem descripseris, videbis versus 816. et 817. ab eo nominari *κῶλα τροχαϊκὰ ἑφθημιμερῆ*, aeque ac v. 823; v. 832. iambicum dimetrum; v. 842. paroemiacum, quibus plura addere taedet. His consideratis, nemo, spero, mirabitur, tam raro me ad istum scholiasten provocare. Abest in utroque MS.

Suspecta enim sunt duo deinceps paroemiaci, et adiectivum *εὐθυδίκαι*. Itaque glossemate eiecto vide, num ferri possit *πόλεως ἀσινεῖς*. Hoc expositum vocabulo *σωτῆρας* ultimam amisit literam, unde *σωτῆρι*, hisque permixtis *σωτηρίᾳ* natum. Choeph. 930. *Ἐπολολύξατ' ὢ δεσποσύνων δόμων ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς* (male Well. *τριβάς*) i. e. *clamore celebretis*. *Ἀσινὴς* pro substantivo positum genitivum habet. Soph. El. 1379. *μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων*, Ag. 1413. *κεῖται γυναικὸς τῆςδε λυμαντήριος*, ib. 632. *σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον ἥκοντα*. *Ἀσινὴς* activam vim habet Agam. 1314. *ἀσινεῖ δαίμονι φῦναι*. Si tamen iota productum in *ἀσινὴς* ferri possit, praestet fortasse *πόλεως σωτῆρας ἀσινεῖς*.

816. A. ad 817 (cf. ad 819): *ἡ φόβος κακοῦ, ἀντὶ τοῦ κινδύνου*. Nescio, an *κακοῦ* sit varia lectio; hoc si in nonnullis libris scriptum fuit, correctori debetur. Recte idem interpres *φόβος κακὸς καὶ χαλεπός*. Supra 210. *ἐκ χαλεπᾶς δυας*, infra 851. *ἐχθρὸς παιάν*, 901. *γόος δαϊόφρων* et multa alia. — Ex verbis Schol. B. ad 819. *ὅλον καὶ μέρος* apertum est, eum in libro suo habuisse *με καρδίαν*, quae paucorum codicum, sed procul dubio vera lectio est. Cf. Matth. Gr. § 421, n. 3.

819. *Δυςμόρως* bis legitur in schol. A. ad 820, l. 4 et 5. Posterior scholii pars inde ab *ἄλλως* abest ab utroque Vossiano; linea 4. Voss. 1. habet *δυςμόρους*. Sed adverbium ut retineatur suadet explicatio *ὑπὸ δορὸς ἀλλήλων* post *θανόντας* posita. Wellauerus *δυςμόρους* (positum pro adverbio) magis poëticum iudicat; mihi illud post

praegressos accusativos obscurius videtur. Similis scripturae discrepantia est Pers. 264. πλήθουσι νεκρῶν δυςπότμως ἐφθαρμένων, ubi aliquot libri et lemma Schol. B, habent δυςπότμων, quod nemo probaverit. Ceterum nostro loco post κλύουσα minor distinctio ponenda videtur, ut sequentia verba praecedentium αἰμ. νεκρ. epexegesin contineant.

836. Γόον habet A. in lemm., γόων B. ad 840. cum Ar. (Seld.). Perversum illud γόον libri paene omnes tuentur, de quo genere corruptelae insignis locus est in Schol. ad Phoen. 688, quem Valckenaerius sic emendat: γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχ(αίαν γραφ) ὴν ἁμάρτημα. "Εως ἄρχοντος γὰρ 'Αθήνησιν Εὐκλείδου [μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων] τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ Ε ἀντὶ τοῦ Η, καὶ τῷ Ο ἀντὶ τοῦ Ω. "Εγραφον οὖν τὸ δήμῳ μετὰ τοῦ Ι δήμοι. Cf. etiam Wolf. *Prolegg.* p. LXIII, n. 29. Plura huius permutationis exempla iam supra habuimus, velut v. 65. τόνδε, ὥςτις, 434. ὡς pro ὅς, aliaque, quae partim tamen serioris sunt originis. Hac tantum observatione defendi potest Dindorfii sententia (ad Prom. 749) ubique in Aeschylo πέδοι pro πέδῳ (ἐς πέδον) restituendum putantis (Prom. 751, ubi πεδοσκήψ. margo MS. ap. Morell., Sept. 411, Choeph. 47, Eum. 253, ubi πέδον Reg. L, 457, 623). Sed qui primi post Euclidem tragicorum fabulas descripserunt et egerunt, profecto πέδῳ non tulissent, nisi utraque exstitisset forma. Quod si utraque forma Attica est, ΠΕΔΟΙ autem aeque πέδῳ ac πέδοι significare potuit, utrum Aeschylus voluerit, non liquet, sed simul

nihil est, quod cogat, ubique eandem restituere formam. Hic quidem *γόων* prorsus necessarium est; nam contorta foret constructio *ἀλλὰ γόον ἐρέσσετε κατ' οὖρον χεροῖν πόμπιμον ἀμφὶ κρατί*, quo modo verba ordinavit Schol. Voss. 2, in quo haec explicatio est: *ἀλλὰ θρῆνον ἐρέσσετε καὶ κινεῖτε (ἐκ μεταφορᾶς τῶν πλεόντων) σὺν τῇ προοδευούσῃ κρούσει τῶν χειρῶν τῶν ἐπὶ τῆς κρατὸς καὶ τῆς κεφαλῆς.* Ad sequentes versus Schol. Voss. *πίτυλον ὃς αἰὲν*] *ὅςτις ὁ γόος αἰὲν, διὰ παντὸς, διέρχεται τὸν Ἀχέροντα, ὅς ἐστι πόταμος τοῦ ᾍδου* 1) *κατὰ τὴν πολύστονον* 2) *ναύστολον θεώριδα τὴν τοὺς νεκροὺς* 3) *διάγουσαν πρὸς τὸν ᾍδην, τὴν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι, εἰς ἣν οὐ στιβεῖ* 4) *ὁ Ἀπόλλων, ἀλλ' ὁ Χάρων, ἣν οὐδ' ὁ ἥλιος ὁρᾷ, τὴν πάντας δεχομένην τοὺς ἀποθνήσκοντας εἰς ἀφανῆ τε χέρσον ἀμείβεται ἀπὸ κοινοῦ.* Voss. 2. paulo post scholion habet ab hoc parum diversum, in quo haec leguntur *κατὰ τὴν ἄστονον καὶ πολύστονον θεωρίδα καὶ νῆα, τὴν μελάγκροκον καὶ μέλαιναν, τὴν ναύστολον, ἤγουν τὴν τοὺς νεκροὺς διάγουσαν πρὸς τὸν ᾍδην.* Rectius *ἄστονον* interpretatur Schol. B. ad 841: *κακοστένακτον. Ἄστολον* (var. lect. ap. B.) originem debere videtur sequenti *ναύστολον*, pro quo cum Butlero legendum puto *νεκυοστόλον*; nam non tantum interpretationes, quas modo attuli, sed etiam Schol.

---

1) Pro his Voss. 2. *ὡς αἰὲν δι' Ἀχέροντα, ὅστις ἐστὶ πόταμος τοῦ Ἅιδου, ἀμείβεται καὶ διέρχεται.*

2) *πολύστολον*, Voss. 2. 3) *θ. καὶ τὴν ν.* Voss. 1.

4) *στείβει*, Voss. 2.

A. ad 842. habet τὴν διάγουσαν τοὺς νεκρούς. Vera lectio facile obliterari potuit glossa sequentis vocabuli (θεωρίδα) ναῦν. Itaque scribo:

Τὰν ἄστονον μελάγκροκον
Νεκυοστόλον θεωρίδα.

triste resonantem, nigro velo instructam, mortuos deducentem navem. Ἀμείβεται Schutzius vertit ***comitatur***, Blomf. ***deducit***; melius Ahrensius ***reciprocat***, i. e. ἀμοιβαίως πέμπει, vel ***in reciproca navigatione comitatur.*** Versu ultimo verba cohaerent: εἰς πάνδοκον καὶ ἀφανῆ χέρσον. Cf. Matth. § 595. 4, et qui ibi laudantur, Well. ad Eum. 673. οὔτε Σκύθησιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις, infra 1022. Δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον, οὗ πεφύκαμεν, Μητρὸς ταλαίνης κἀπὸ δυστήνου πατρός, ubi brevius sed plane quod sentit, eloquitur Antigone; posterioris versus, qui alteri explicando inservit, sententiam exprimas sic: καὶ τὸ γεγονέναι ἀπὸ μητρὸς ταλαίνης καὶ δυστήνου πατρός. Ceterum non audiendus Stanleius, qui versus 839. et 840. coniunctos unum iambicum a Scholiaste metrico dici contendit, et inde liquere putat ναύστολον esse glossema. Potius, si hariolari licet, inde argumentum petas pro lectione νεκυοστόλον. Versus enim 836 (ubi γόον legit) et quinque sequentes iambicos trimetros quinque vocat; itaque sic eos distribuit 1. Ἀλλὰ —, 2. φὶ κρατὶ —, 3. ἐν δι' —, 4. μελάγκροκον νεκυοστ. —, 5. τὰν ἀστιβῆ-ἀνάλιον. Inepte; versus 836. et 842. antispastici sunt formae perquam usitatae. Ad cumulationem epithetorum defendendam conferri possunt Ag. 145, 186, Suppl. 105, 665, 775, Eur. Iph. T. 220.

843. Schol. Voss. 2: *ἀλλὰ γὰρ ἥκουσι καὶ ἔρχονται αἵδε καὶ αὗται ἡ Ἀντιγόνη καὶ ἡ Ἰσμήνη ἐπὶ τὸ πικρὸν πρᾶγος* [1]) *ἀδελφοῖν καὶ τῶν ἀδελφῶν, ὥςτε δοῦναι ἐκείνοις θρῆνον. Ἢ γρ. ἀδελφῶν* (ab *ἀδελφή*), *καί ἐστιν οὕτως ἡ σύνταξις· ἀλλὰ γὰρ ἥκουσιν αἵδε καὶ αὗται ἡ Ἀντιγόνη καὶ ἡ Ἰσμήνη ἐπὶ τὸ πρᾶγος τῶν ἀδελφῶν· τί δέ ἐστι τὸ πρᾶγος ἀδελφῶν; εἰς πικρὸν θρῆνον. Ἢ ἀλλὰ γὰρ ἥκουσιν αἵδε καὶ αὗται ἐπὶ τὸν θρῆνον τὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν ἀδελφικόν, ἵν' ᾖ τὸ φὸ διὰ τοῦ ο μικροῦ γραφόμενον, πρᾶγος καὶ πρᾶγμα πικρὸν καὶ χαλεπόν.* — *Ἀδελφῶν* et *ἀδελφὸν* correctiones videntur eius, qui hoc scholion scripsit. Revocanda antiqua interpunctio post *ἀδελφοῖν*.

851. Schol. B. et Voss. infra apponendus legerunt genitivum *Ἅιδου*, vel quod probabilius, *Ἅιδα*. Hanc formam usurpavit Euripides Iph. T. 167. *ἀλλ' ἔνδος μοι πάγχρυσον Τεῦχος καὶ λοιβὰν Ἅιδα.* Saepius Orci dicuntur, quae sunt perniciosa et mortifera, aut quae ad exsequias pertinent. Herm. ad Ant. p. 136, Eur. Hec. 1047. *τέκν' ἔρημα λιπὼν βάκχαις Ἅιδου* (feminis Troianis in furorem actis) *διαμοιρᾶσαι*, Cycl. 396. *τῷ θεοστυγεῖ Ἅιδου μαγείρῳ* (Polyphemo), Ag. 1086. *ἦ δίκτυόν τί γ' Ἅιδου.* Alia suppeditabit exempla Lobeckius ad Ai. p. 352, e quo numero tamen eximendus locus, qui est Ag. 1208. *θύουσαν Ἅιδου μητέρ'*, ubi, ut recte monet Wellauerus sensus requirit *Ἅιδαν δάμαρτα.* Fortasse scribendum est *θύους ἀναιδοῦς μῆτερ'*, *impudentis furoris* (*tam in Aegistho quam in*

---

1) Hic et infra MS. *πράγος*.

se ipsa) matrem. Cf. ib. 1383. Hoc tamen loco dativus praeferendus mihi videtur, cum ἐπιμέλπειν coniungendus. Blomfieldius laudat Eur. Alc. 423. ἀντηχήσατε παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ. Trisyllabum Ἀΐδης rarius esse in Tragicorum senariis, monet Erf. ad Soph. Ant. 1226; in anapaesto illam formam habet Aeschylus Prom. 152. νέρθεν τ' Ἀΐδου, ubi non video, quare contra librorum auctoritatem cum Blomf. νέρθεν θ' ῞Αιδου sit corrigendum. Dindorfius hic quoque ῞Αιδᾳ praefert.

Schol. Voss. ἡμᾶς δὲ δίκη] ἡμας δὲ δίκαιον πρότερον τῶν παρθένων κατάρχεσθαι τοῦ γόου ἕνεκα τῆς φημισθείσης φήμης τοῦ θανάτου τῶν βασιλέων, ἰαχεῖν τε καὶ βοᾶν τὸν δυςκέλαδον καὶ κακόηχον ὕμνον [1]) τῆς ἐριννύος, ἐπιμάττειν τε καὶ λέγειν τὸν μισητὸν παιᾶνα καὶ ὕμνον τοῦ ᾅδου, ἤγουν, τῶν (leg. τὸν) ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῶν βασιλέων γινόμενον. Illud ἐπιμάττειν in Voss. 2. in ἐπιμέλπειν mutatum est, adscripta tamen var. lect. ἐπιμάπτειν, pro quo Faehs. coniicit ἐπιμάρπτειν (p. 99). Nullam corruptelae suspicionem movet ἐπιμέλπειν; mirum tamen, tam vulgare vocabulum sic explicari potuisse.

865. In Schol. A. ad 866. legendum videtur καλὴ διαλλαγὴ pro κακὴ δ. »pulchra, certa est reconciliatio quae morte facta est; mortui enim non amplius pugna congressuri estis." — Schol. B. postquam explicavit verba διήλλαχθε σιδάρῳ, addit φεῦ τοιοῦτον διαλλάκτου; unde non improbabile, eum pro σὺν, quod

---

1) ἦχον Voss. 1.

aliquot libri et Schol. A. ad 870. omittunt, φεῦ legisse. Manifesto sibi respondent versus 856-859 et 862-865, neque ulla mutatione opus est, modo δόμους (v. 858) et ἤδη (864) initio versus ponantur, qui sic constat ex duplici penthemimere iambico (cf. Grotefend. *Zeitschr. f. die Alterthumsw.* 1842, p. 688). Itaque σὺν, quod in stropha et antistropha eundem fere tenet locum, non est sollicitandum. Sequentes duo versus unde nati sint, apparet ex Schol. A. ad 870, qui, ut nominativum τετυμμένοι explicet, haec affert. *τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου οὕτως νοητέον· ἤδη διήλλαχθε σιδήρῳ, οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε, τετυμμένοι καὶ τετρωμένοι δι' εὐωνύμων*, in quibus verba οὐκέτ' — διεκρ. explicationis gratia addita putem. Recentior tamen Schol. (ad 866) illos versus legit.

868. *Κατεύγματα* multi codices contra metrum post Οἰδιπόδα addunt. Schol. A: *κάρτα δὲ καὶ λίαν ἀληθῆ ἐπέκρανε καὶ ἐπλήρωσε τὰ κατεύγματα τοῦ πατρὸς Οἰδίποδος ἡ σεβασμία — Ἐριννὺς ἐκείνου.* Nescio an κατεύγματα ad explicandum ἀληθῆ addiderit, adeoque ex Schol. illud verbum a librariis sumtum sit. Sed omissione voc. κατεύγματα nondum satis loci integritati prospectum esse videtur. Ahrensius vertit: ***certe imprecationem potens patris Oedipi Furia ratam fecit***, quod quomodo ex verbis elici possit, non video. Quum verba πότνι' Ἐριννὺς manifesto personam Erinnyos significent, his genitivum πατρὸς addi, mirum est; ἀληθῆ autem simpliciter pro ἀληθῶς accipi, nemo, credo, probabit; nec magis probandum ἀληθῆ interpretari ***veras imprecationes***. Quare pro πατρὸς Οἰδιπόδα coniicio legendum esse τὰ

πρὸς Οἰδιπόδα, i. e. τὰ πρὸς Οἰδ. λεχθέντα. ***Nimis veras Oedipi imprecationes veneranda Erinnys ratas fecit.*** Sic κραίνειν λόγον, Suppl. 603.

874. A. ad 877. habet ἰσοφόνων, quod ex interpretatione fluxit; ne in Scholiaste quidem illa lectio certa, quum Voss. 1. habeat ἀντιφόνων. Similiter Choeph, 317. σκότῳ φάος ἀντίμοιρον, olim legebatur ἰσόμοιρον. Veram lectionem post Erfurdt. recepit Bambergerus ex Schol. et libris nonnullis, qui habent ἰσοτίμοιρον. Eum. 753 (775): ἀντιπενθῆ (haec plurimorum librorum lectio est) μεθεῖσα κραδίας σταλαγμόν. Schol. ἰσοπενθῆ, ὅμοια δρῶντα οἷς πέπονθα, non prorsus recte, ἀντιπενθῆ est enim ***pro moerore, quo affecta sum.*** Schwenckius praeterea affert Soph. Oed. Col. 192. ἀντιπέτρου βήματος, ubi Schol. ἰσοπέτρου.

Versus 874, 875, 877, 878 uni Hemichorio tribuit Schol. A, (ad 877), alteri v. 876. Idem interpres ad 871. τετυμμένοι δῆθ' ἐν τῷ μέσῳ ἔφη τὸ ἕτερον ἡμιχόριον. Accuratam et perpetuam in ea carminis parte, quae Wellauero stropha est et antistropha β', fuisse olim metrorum responsionem, pro certo quidem affirmare non ausim, verum magnam habet illa res probabilitatem ex similitudine metrorum in versibus praegressis et sequentibus, in quibus parva mutatione stropha et antistropha possunt exaequari. Responsio si restituenda est, Dindorfii sententiam amplectendam puto, qui Elmsleii potissimum rationem secutus post v. 872. unum versum, v. 875. ante θανάτων longam syllabam (supplet ἐκ, contra sensum,

ut mihi videtur; si ἀντιφόνων substantivum esse potest, καὶ malim) excidisse putat, versus autem 876-878 sic exhibet διανταίαν λέγεις δόμοισι καὶ Σώμασιν πεπλαγμένους. Quocunque autem modo antistrophica restituantur, non potest ferri illa Scholiastae descriptio hemichoriorum, quum in antistropha respondeant, quae non possunt similiter distribui.

885. Schol. A, l. 6: τὰ κτέανα ταῦτα, οἱονεὶ τὰ ὀνείδη, διήξουσι μεχρὶ τῶν ἐπιγόνων. Κτέανα δὲ εἶπεν ὡς ἐπὶ οὐσίας, οἱονεὶ κληρονόμοι τῶν παθῶν ἐκείνων καὶ τῶν ὀνειδῶν οἱ παῖδες γενήσονται, ὀνειδιζόμενοι τὴν τῶν προγόνων ἀπώλειαν. Similia sunt in Schol. B. Utrumque vulgatam lectionem habuisse, non est quod moneam; sed tam mira est haec interpretatio, ut suspicer, scholiasten hanc mutuatum esse ab alio interprete, qui pro μενεῖ (malim μένει) κτέανα corruptam lectionem μενεῖ νείκεα invenerat.

891. B: ἐν διαλλακτῆρι — βαρεῖ μὲν τοῖς φίλοις καὶ δυςχερεῖ ἅτε φίλοις, οἱ δὲ ἐχθροὶ τὴν αὐτῶν φύσιν ἠρνήσαντο, οὐ γὰρ ἐπίχαρις αὐτοῖς ἔδοξεν. Legisse eum dixeris διαλλακτῆρι δ' οὐκ Ἀμεμφεῖ, ἀφίλοις οὐδ' ἐπίχαρις, om. Ἄρης (int. ὁ διαλλακτήρ). Sed quum sic non appareat, unde verba τοῖς φίλοις in interpretatione profecta sint, probabilius est scholion hoc modo esse corrigendum: βάρει μὲν καὶ δυςχερείᾳ τοῖς φίλοις, unde intelligitur, sic locum scriptum fuisse: ἀμεμφίᾳ φίλοις, Οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρει. Subsequitur glossa (l. 5) οὐκ ἀμεμφίᾳ] ἀλλ' ἐπὶ ψόγῳ, quod nemo probabit. Magnam difficultatem habet hoc loco duplex dativus διαλλακτῆρι, φίλοις, quae augeretur etiam, si paulum

mutata Scholiastae lectione scriberetur οὐδ' ἔπι χάρις ἄρει (*non gratiam Marti habent amici*). Affirmare ausim in omnibus locis, quibus substantivis verbalibus adiungatur casus verborum, nullum esse similem. Exempla collegerunt Herm. ad Vig. p. 714 (47) et qui ibi laudantur, idem ad Ant. 1204, Valcken. ad Phoen. 941, Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 99. B, Lob. ad Ai. p. 428, Abresch. ad Aesch. vol. I. p. 55, sqq., qui tamen multa aliena miscet, veluti εἰς ἔριν ἦλθεν Ἀπόλλωνι, εἰς ἅμιλλαν ἰοῦσα γύναιξιν, βρονταῖς εἰς ἔριν κτυπῶν (Cycl. 328), in quibus dativus non a substantivo pendet sed a notione, quam verbum et substantivum coniuncta habent. Non magis huc pertinere credo v. 270, supra μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος τὸν ἀμφιτειχῆ λεών, i. e. ποιοῦσί με ταρβεῖν τ. ἀ. λ., Soph. El. 122. τίν' ἀεὶ τάκεις ὧδ' ἀκόρεστον οἰμωγὰν τὸν — Ἀγαμέμνονα, Demosth. κατὰ Φιλ. I. § 45. οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους (τοῦ θανάτου μᾶλλον φοβοῦνται), quae potius ad anacoluthiam referenda videntur. Ab his quantum differant χοὰς προπομπὸς, Choeph. 21, μυρία πεμπαστὴς, Pers. 942, (στέγην) πολλὰ συνίστορα Αὐτοφόνα κακὰ, Ag. 1061, quisque sentit. Sed quoniam in talibus genitivus nullo sensus discrimine poni potest, accusativus rarior est; frequentior dativus. Prom. 615. πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ, Plat. Phaed. p. 88. C. ἀπιστία τοῖς προειρημένοις, Legg. I. p. 633. C. ἄνευ θεραπόντων αὐτοῖς αὐτῶν διακονήσεις, si vere coniecit Astius pro αὐτοῖς ἑαυτῶν (an αὐτῶν ἑαυτοῖς?), ib. B. ἔν τε ταῖς πρὸς ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις, ubi dativus est instrumenti,

similiter ut Agam. 1120, Aesch. Suppl. 308; Phoen. 941. *Κάδμῳ* (sic Valcken. pro *Κάδμου*) *παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων*, infra 981. *δορός γε τῶδ' ἀντηρέτας*. Itaque, ut redeam unde digressus sum, apparet recte dici *διαλλακτῆρι ἀμεμφία*, item dativum et genitivum eidem nomini posse iungi, sed duplicem dativum esse inauditum. Neque eius rei causa latet; istiusmodi enim constructio semper fere ambigua foret; sic nostro loco sensus aeque esse possit *ὁ διαλλακτὴρ μέμφεται τοῖς φίλοις*, atque *οἱ φίλοι μέμφονται τῷ διαλλακτῆρι*. Loci intellectum paulum iuvabimus, distinctione ante *φίλοις* posita; nihilominus tamen de scriptura dubito. Grotefendus l. l. dedit *διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφεῖ παρ' φίλοις οὐδ' ἐπιχάριτ' Ἄρει*, in quo non probari potest iota dativi elisum.

905. Voss. 2: *πάρα δ' εἰπεῖν*] *πάρεστιν εἰπεῖν ἐπ' ἀμφοτέρων τοῦ τ' Ἐτεοκλέους καὶ τοῦ Πολυνείκους τὸ ἄναξ, ὡς τοῦ μὲν βασιλικῶς τὸν ἀδελφὸν ἐκβαλόντος* (MS. *ἐκβάλλ.*), *τοῦ δὲ βασιλικῶς ἐπιστρατεύσαντος, ὅτι πολλὰ κακὰ ἔπραξαν τοῖς πολίταις καὶ τοῖς Ἀργείοις*. Ineptum hoc scholion, quod in Voss. 1. omittitur, recentioris est originis. Ab eodem qui hoc scripsit, vocabulum *ἄναξ* in textu ad *εἰπεῖν* adscriptum est; *ἄναξ* istud hic cogitatione e praecedenti *ἀνάκτοιν* repetendum putabat, neque intelligebat *ὡς* vs. sq. ab *εἰπεῖν* pendere. Post *ἀθλίοισιν* minor distinctio ponenda; prioris hemichorii sententia ab altero sequentibus verbis absolvitur. Nam quominus quatuor continuos versus (905-908) ab iisdem choreutis proferri putem, prohibet stropha, in qua praeter metri

aequabilitatem soni similitudo indicare videtur, versus 894. et 895. inter hemichoria esse distribuendos. Choeph. 484, sq. Or. *Μέμνησο λουτρῶν οἷς ἐνοσφίσθης, πάτερ.* El. *Μέμνησο δ' ἀμφίβληστρον ᾧ σ' ἐκαίνισαν*, ib. 488. *Ἆρ' ἐξεγείρῃ -, Ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις -*, Ag. 1182. Chor. *Ἤδη τέχναισιν ἐνθέοις ᾑρημένη*, Cass. *Ἤδη πολίταις πάντ' ἐθέσπιζον πάθη*, supra 793, Pers. 963, 969, et infra passim. Cf. Arist. Ach. 1065, sqq. Porro si versus 895 et 897. *σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι — τάφων πατρῴων λαχαὶ* eiusdem sunt personae, incommodum est, quod interponitur *τάχ' ἄν τις εἴποι τίνες.* Quare teneo Wellaueri divisionem. Hemichorium quum dicit *σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι* iam sepulchrum in animo habet, sed hoc palam pronunciare veretur; itaque abrupta oratione addit *τάχ' ἄν τις εἴποι τίνες, facile quis dicat, quinam.* Altera chori pars diserte profert ominosa illa verba *τάφων πατρῴων λαχαί.* Schol. Voss. 2: *τάχ' ἄν τις εἴποι, τίνες αὐτοὺς περιμένουσι σιδηρόπληκτοι. τούτου δὲ τοῦ ἑνὸς ἡμιχόρου εἰπόντος ἀποκρίνεται τὸ ἕτερον καί φησιν ὅτι αἱ λαχαὶ καὶ αἱ διορύξεις, ἀπὸ τοῦ λαχαίνω, τὸ ὀρύσσω, τῶν τάφων τῶν πατρῴων ἤτοι τῶν ὀμμάτων τῶν τοῦ πατρός. Τάφοι γὰρ ἄντικρυς τῷ πατρὶ ἡ στέρησις τῶν ὀμμάτων.* In vocabulo *λαχαὶ* ad *λαχαίνω* respicere poëtam, recte vidit, reliqua quanti sint aestimanda, quisque animadvertit.

906. *Πολίταις*, Voss. 2. (cf. supra ad 905), B. ad 904. Quum et dativus et accusativus recte usurpari possit (Matth. § 415, ann. 1.) *πολίταις* revocandum

est; neque obest acc. *στίχας*. Cf. Well. ad Ag. 645, Choeph. 215, Lob. ad Ai. p. 332.

931. B. ad 928. *αὐτοῖς*] *ἔσται*. Convenit cum hac lectione (*πλοῦτος ἄβυσσος αὐτοῖς*) interpretatio Schol. A. *ὑπὸ γῆν δὲ ὁ πολὺς πλοῦτος αὐτῶν κέκρυπται.* Sed ellipsis verbi substantivi in futuro insolita est. Cf. Herm. ad Vig. p. 776. *Γᾶς* cum *πλοῦτος* coniungendum, ambigue dictum est. Supra v. 800 *ἕξουσι ὃ ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθονός.*

933. *Τελευτᾷ δ' ἐπηλ.*, B. in lemm. ad 932. cum Seld.; *τελευταῖα δ' ἐπηλάλαξαν*, Voss. 1. in lemm. Schol. A ad 932. Utrumque ex vera lectione *τελευτᾷ δ' αἶδ'* (-*ΤΑΙΔΑΙΔ*) corruptum. Pronomen hic, eodem modo, quo apud Homerum articulus demonstrativi vice fungens, sequens subiectum praeparat, ut Il. I. 488. *Αὐτὰρ ὁ μήνιε νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι Διογενὴς Πηλῆος υἱός*, et passim. Cf. Thiersch. Gramm. § 284. 17.

958. *Γόων* pro *ἀχέων* legit Schol. B, quam lectionem postquam explicavit, addit: *Εὕρηται δὲ καὶ ἐν παλαιῷ βιβλίῳ, ἀχέω* (sic pro *ἀχέων* leg.) *τάδ' ἐγγύθεν, ἤγουν ἐκ τοῦ πλησίον ταῦτα θρηνῶ, ὅπερ ἐστὶ κρεῖττον. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐπαγόμενον τὸ πέλας δ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν.* Versus *ἀχέω* (i. e. *ἠχέω*) *τάδ' ἐγγύθεν* cum sequenti exaequari nequit, in quo *αἶδ'* a Scholiasta omissum, nullam habet glossematis similitudinem et facile propter sequentes literas excidere potuit. Versus *πέλας αἶδ' ἀδελφαὶ 'δελφεῶν* est iambicus dimeter cum anacrusi anapaestica. Huic accurate respondet *ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν*, quo versu

propter brevitatem paulo obscuriori hoc indicare videtur Antigone, fratribus, etiamsi mutuo odio sibi mortem consciverint, tamen sororum amorem non deesse. *Τάδε* (quod non dualis est sed pluralis numeri) significat lamenta, et luctum. De eo genere elisionis vel craseos (nam litera omissa in pronunciando non prorsus supprimenda), quod est in *ἀδελφαὶ 'δελφεῶν* cf. Matth. § 46, Herm. ad Soph. O. C. 1602; Ag. 1043. *Ὦ 'πολλον, ὦ 'πολλον*; supra 841. similiter scribendum videtur *τὰν ἀστιβῆ 'πόλλωνι*. Non posse versuum strophicorum scripturam incertam esse propter antistropham, quae ipsa emendatione eget, non est quod moneam. Eiectis versibus 973 et 974, vs. 971. scribendum: *δύστανα κήδε' ὁμώνυμα* i. e. *δύστανόν ἐστι τὸ κῆδος τὸ ὑπὸ κήδους γιγνόμενον (κήδειον)* *miseri luctus cognatorum*. Cf. supra 9, Eum. 90. Sequenti versu, adscita Dindorfii coniectura *λυγρὰ* pro *δίυγρα*, scribendum puto: *λυγρὰ τριπαλαίστων πημάτων*. Metaphora a lucta petita, de qua conf. Heind. ad Plat. Euthyd. p. 319, sq., Wyttenb. Bibl. Crit. vol. X. p. 61, sq. Eum. 559. *ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων*, Ag. 165. *τριακτῆρος οἴχεται τυχών*, Choeph. 335. *οὐκ ἀτρίακτος ἄτα.*

979. Schol. A. ad 967. l. 3. *σὺ δὲ ὦ 'Ετέοκλες, οὐ μετ' οὐ πολὺ, οὐδ' ὕστερον ἔμαθες*; pro priori *οὐ* Voss. 1. *οὐδὲ*, sed *οὐ* delendum: *tu brevi post, neque serius expertus es.* Schol. B. ad 967. l. 11, sqq. distinguit post *οὐδὲν*, intelligens ex praegressis *οἶσθα τὴν μοῖραν*. Putabat nimirum, Eteoclem qui post fratrem expulsum regnum tenuisset, non dici posse simul eo-

demque tempore cum fratre Fati vim expertum esse. Recte autem monuit versus 978. et 980: *σὺ τοίνυν οἶσθα διαπερῶν, ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν*, 979. et 981: *σὺ δ' οὐδὲν ὕστερον μαθὼν, δορὸς γε τῶδ' ἀντηρέτας* cohaerere. — Idem interpres ad v. 968. habet *ὕστερος*. Cf. Matth. § 446. 8, Il. XVIII. 333. *σεῦ ὕστεροι εἶμ' ὑπὸ γαῖαν*, Soph. Ai. 195. *ὧδ' ἀτάρβητος ὁρμᾷ*, Pflugk. ad Alc. 150. *ἴστω νυν εὐκλεὴς γε κατθανουμένη*, Soph. El. 630. *παρούσης τῆσδε πλησίας ἐμοί*, Wunder. ad Phil. 1062. *ὁρμᾶσθαι ταχεῖς*, Oed. T. 599, sq., Eum. 214. *τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην, Τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαιτέραν.* Adverbium *ὕστερον* ex interpretatione natum; similiter in loco Aiacis laud. libri *ἀτάρβητα*, quod falsum esse hiatus evincit.

995. *Παρευνοῦν*, B ad 982: *τὸ ἐν εὐνοίᾳ, ἢ παρὰ τὴν εὔνοιαν αὐτοῦ, ἤγουν ἐκτός*. Neque explicatio, neque lectio probari potest; nam a *πάρευνος* non formatur verbum *παρευνέω* (pro *πάρευνος εἶναι*) sed *παρευνάομαι*. *Πάρευνον* hic significat quod alibi *συγγενὲς*, *σύμφυτον* dicitur (Soph. Oed. T. 1082, Ag. 107, 807, Pind. Ol. XIII. 13), ita tamen ut simul ad Oedipodis coniugium respiciatur. Huius generis ambigue dicta multa sunt in his carminibus. Cf. v. 897, 922, 930, 971.

De distributione versuum huius cantici haec habent scholiastae. Versum 940. *παισθεὶς ἔπαισας* Schol. A (ad 946) Antigonae adscribit. Qui sequitur versus ab eodem (ad 947) Ismenae datur. Versum 958. Antigonae tribuit B (ad 958), 963 et 964 uni personae A

(ad 959), quod propter versus strophicos non probabile est; 975-977 Ant. B (ad 967), sed hi versus vel ab utraque sorore vel a choro cantati sunt; 978. Ism. 979, Ant. B (ad 967). Ceterum Schol. A ad v. 960. οὐδ' ἵκεθ' ὡς κατέκτανεν haec habet: Ἐτεοκλῆς· πρότερος γὰρ κατέκτανε τὸν Πολυνείκην. Minus bene, ut videtur; nam verba illa necessario ad idem subiectum sunt referenda, ac proxime praegressa πήματα Ἔδειξατ' (*ostendit*) ἐκ φυγᾶς ἐμοί, id est ad Polynicen; itaque σωθεὶς v. 966 est: incolumis reversus in patriam. (Both.) In reliqua carminis parte, quoties fratres sibi opponuntur Antigone Polynicis, Ismene Eteoclis mortem luget. Schol. A. ad 946: ἡ Ἀντιγόνη φησὶ πρὸς τὸν Πολυνείκην, τυφθεὶς καὶ πεσὼν ἔτυψας. Φιλικῶς γὰρ διέκειτο πρὸς αὐτόν. Itaque praestat vs. 978 quicum cohaeret 980, Antigonae quam cum Schol. B. Ismenae adscribere. Nullam tamen esse inter sorores de fratrum culpa altercationem apparet praecipue ex vss. 900, seqq. ubi, postquam Antigone Eteoclem tanquam auctorem omnium malorum designavit, Ismene non affert, quibus illum excuset, aut partem culpae in Polynicen conferat, sed utriusque fratris sortem deplorat. Nimium igitur studium habet illud σὺ δέ, vs. 941, quod, metro quoque indicium praebente, omittendum videtur. Scribendum cum Lachmanno ἔθανες κατακτὰς, vel θάνες κ.; nam augmenti omissio hoc quidem loco nullam offensionem habere potest. His et sequentibus versibus poëtam ad Polynicen prius occumbentem respicere, non improbabile est.

1000. Εἶλε, B. in lemm. ad 987, quod hic eodem

sensu positum esset, quo frequens est apud Pindarum pro *accipere*, *invenire* (non *sumere*). Ol. I. 56. ἕλεν ἄταν, Pyth. II. 30. ἕλε μόχθον, 26. γλυκὺν ἑλὼν βίοτον. Sed codicibus obsequendum est, quorum tantum non omnium lectio est εἷλετ' ἐν. Εἷλεν (εἷλε) natum videtur ex sequenti ἐν, quod non mirarer, si a librariis pro correctione praecedentis vocabuli habitum esset. Nam quid sibi velint verba ἐν πόλει, non facile dictu est. Corrigendum puto ἐν πύλαις. De permutatione vocabulorum πόλις et πύλη docte egit Ungerus, *Parad. Theb.* p. 397, sq. Ceterum στυγῶν, quod Brunckius recepit, natum est ex στέγων interpretamento vocis εἴργων.

1019. Κἀμὲ κινδύνῳ βαλῶ legisse Scholiasten A. (ad 1006) putat Blomf. Explicat καὶ εἰς κίνδυνον ἐμβαλῶ ἐμαυτὴν διὰ τοῦτον. Sed ἀνὰ exposuit τῇ εἰς, ἐμαυτὴν autem extrinsecus assumendum putavit. Similiter in fine scholii καὶ ῥίψω ἐμαυτὴν ἀνὰ κίνδυνον. Certo ex iis quae post ἄλλως sequuntur colligere licet, in nonnullis libris fuisse κἂν ἀκ., in aliis κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ, quod recte hodie receptum. Primus Abreschius observavit, hoc dictum esse per tmesin pro ἀναβαλῶ κίνδυνον, *me periculo obiiciam*; neque quae Blomfieldius his opponit satis habent ponderis, ut ab hac explicatione recedas. Nam si ῥίπτειν et ἀναῤῥίπτειν κίνδυνον, et μάχην, *periculo se obiicere*, *pugnam lubenter suscipere* recte dicuntur, imagine ab alea sumta (Valck. ad Phoen. 1235, ad Herod. VII. 50, Pflugk. ad Heracl. 149), non est quod dubites, quin, quum βάλλειν aeque ac ῥίπτειν de talis usur-

petur (Eur. Suppl. 332, Ag. 33, Myrm. frgm. 126), *ἀναβάλλειν κίνδυνον* eadem metaphora dici potuerit. Herodoti locus, quem affert Wellauerus (V. 49 *ἀναβάλλεσθαι μάχας*) fortasse non iniuria criticis suspectus fuit.

1024. *Κακῷ* A. ad 1011, *κακῶν* plures libri, idque Wellauero placuit. Voss. 1: *διὰ τοῦτο θέλουσα, ὦ ψυχή, κοινώνει τῇ συγκοφόνῳ φρενὶ* (*ἄκοντι κακῷ* excidit) *ἤγουν τῷ Πολυνείκει κακῷ γινομένῳ* (leg. *γεν.*) *ἄκοντι*. Monstrum vocabuli *συγκοφόνῳ* exstitit fortasse commixta vera lectione *συγγόνῳ* cum glossa *συμφώνῳ*. In textu illius libri est *συγκόνῳ* supra scripto *συγγόνη*. — In verbis *ἄκοντι κοινώνει* (vel, quod malim, *κοινωνεῖ*) *κακῶν*, quem sensum loco accommodatum vocabulum *ἄκοντι* habere possit, non video. In altera contra lectione *ἄκον κακόν*, *malum nolens* est, quod nolentibus accidit. cf. Wunder. ad Soph. Oed. T. 1206, Col. 235, 974. Itaque dicit Antigone, se mali, quod nollet accidisse, nunc, quum acciderit, lubenter participem fieri. Ceterum praeclaram esse hanc Antigonae orationem, nihilque in *συγγόνῳ* mutandum sentiet, qui horum verborum cum praegressis cohaerentiam animadverterit. Necessitudinem et coniunctionem fratris et sororis auxit parentum infortunium; verum non sanguinis tantum fuit illa affinitas, sed animi quoque, quae facit, ut Antigone lubenter Polynicis causa pericula suscipiat.

1027. *Σπάσονται*, B. ad 1014, qui addit *λάβωσι*, *φάγωσι*, quorum posterius certe ad *πάσονται* referendum, quod confirmat A. ad 1013. Praeter eos, quos recenset Well., *σπάσονται* etiam Hermannus scribit

ad Soph. Ai. 1064. Manifesto Antigone respicit ad praeconis verba: οὕτω πετεινῶν τόνδ' ὑπ' οἰωνῶν δοκεῖ Ταφέντ' ἀτίμως, τοὐπιτίμιον λαβεῖν (v. 1009). Ibi quum ὑπ' ὀρνίθων ταφῆναι sit *alitibus devorari*, nostro autem loco κοιλογάστορες λύκοι *voraces* (Philostr. p. 615. a Dind. laud. κοίλῃ γαστρὶ χρῆσθαι καὶ πλεῖστα ὀψοφαγῆσαι), mihi πάσονται, quod etiam Mediceus praebet, praeferendum videtur. Πάσασθαι poëticum est pro communi ἐσθίειν. Similiter θοίνη, θοινᾶσθαι frequenter de canibus avibusque. Eur. Ion. 916. ἔῤῥει πτανοῖς ἁρπασθεὶς θοίνα παῖς, 1514. οἰωνῶν γαμφηλαῖς φόνευμα θοίναμά τε, 518. βρέφος πτανοῖς ἐξώρισεν θοίναν θηρσί τε φοινίαν δαῖτα, Hec. 1044. θοίναν ἀγρίων θηρῶν τιθέμενος.

Schol. B. ad 1019 (1032. W.) δραστήριος] ἐνεργὸς ἐφεύρηται, ἢ ὅθεν καὶ τοὺς τοιούτους ἄνδρας δραστηρίους καλοῦμεν. Leg. ἐνεργὸς ἐφ' εὑρήματα, ὅθεν, rell.

1038. In Schol. A. ad 1026. Voss. 1. (l. 2) verba sic exhibet τὰ περὶ τῆς τιμῆς τοῦ Πολυνείκους καλῶς κέκριται παρὰ τοῖς θεοῖς, et paulo post οὐδαμῶς τὰ τοῦ Πολυνείκους ἐτιμήθησαν. Sed recte Voss. 2. cum editis consentit. Nam posteriori loco verum esse ἠτιμ. sensus satis docet, eoque probato καλῶς admitti nequit. Annotationem Schol. A. ad 1025. male Abreschius emendando vulgatae lectioni accommodare conatur, hoc modo: οὐ κέκριται καλῶς, ἀλλ' ἄτιμος καὶ οὗτος, rell. Interpres iste διατετίμηται compositum putabat ex praepositione διὰ et ἀτιμάω; quod non minus soloecum est quam ἠτετίμηται, Heathio aliisque probatum. Optime vulgatam lectionem inter-

pretatur Schol. B. ad 1025, l. 3, sqq. cuius explicatio longior est, quam ut hic decribatur. *Ἤδη* tamen pro *πάλαι* dubito, an usurpari nequeat. Quum tamen sequens versus temporis definitionem necessariam reddat, non cum Ahrensio *ἦ δή* (quas particulas cum alibi, tum coniunctim usurpavit noster Choeph. 731), sed potius *ἦ δήν* scripserim. Verto: profecto, huius commoda iam pridem a diis sunt neglecta," ad quae respondet praeco: non certe priusquam hanc regionem malo obiecisset." Quae cum praecedentibus ita cohaerent, ut, quum praeco miretur, Polynicem ab Antigone honorari, quem civitas odio habeat, Antigone illius odii causam in deos reiiciat, quo culpam fratris elevet ac diluat. In eandem sententiam dictum videtur, quod infra v. 1061 chorus profert, ut Polynicis partes quare sequatur ostendat: *καὶ γὰρ γενεᾷ Κοινὸν τόδ' ἄχος.* In Agam. v. 1497, sqq. suum scelus excusat Clytaemnestra potestate daemonis infesti, qui in ipsa ita saevierit, ut ei resistere inanis fuisset opera. Memorabilis quoque locus est Choeph. 897. ubi Clyt. *ἡ μοῖρα τούτων* (Agamemnonis interfecti), *ὦ τέκνον, παραιτία*, Orest. *καὶ τόνδε τοίνυν μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον*, quibuscum recte Zenonis dictum (apud Diog. Laërt. VII. 23) servo excusanti se verbis *εἵμαρτό μοι κλέψαι* respondentis *καὶ δαρῆναι*, contendit Naegelsbachius in libro *de religionibus Orestiam Aeschyli continentibus* (Norimb. 1843). Sed accuratius de his agere non est huius loci.

1057. Schol. Voss. 2. *τίς ἂν οὖν πεισθείη εἰς τὰ*

καὶ εἰς ταῦτα τῇ πόλει καὶ τίς ἡμῶν ἐστι ταύτης τῆς γνώμης. — *Τίς οὖν ταῦτα* habet Schol. A. ad 1044. Sed hoc loco statim animo obversatur conditio, quae inest in praegressis: *haec si quis reputet.* Itaque vix *ἂν* hic abesse posse putem, malimque cum Porsono *τίς ἂν ταῦτα πίθ.*, quam cum Well. *τίς οὖν τ. π.* *Τὰ*, quod nonnulli libri habent, metrici correctio esse videtur. — Vs. 1060. Schol. A. legisse *ἡμεῖς γὰρ* non improbabile est, quum uterque Voss. in lemm. ad v. 1047. illam lectionem habeat. *Μὲν* tamen longe praeferendum.

THESES.

I.

De duplici *Persarum* διασκευῇ quae antiquorum grammaticorum exstant testimonia (Schol. ad Aristoph. Ran. 1028), partim ex mera coniectura fluxisse videntur, partim ita corrupta sunt, ut eorum auctoritas nihili sit aestimanda.

II.

Scholiastarum in Aeschylo variae lectiones non sunt a diversa fabularum recensione, nedum a duplici editione ab ipso poëta facta repetendae.

III.

Prometheum Vinctum et *Solutum* unius eiusdemque trilogiae fabulas fuisse statuo.

—

IV.

Quod Aeschylum dixisse refert Athenaeus VIII, p. 347, C. *τὰς αὐτοῦ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων*, magis ad indolem poësis Aeschyleae, quam ad fabularum argumentum est referendum.

V.

Longini (*περὶ ὕψους*, c. 33, sub. f.) de Sophocle iudicium: *ὁτὲ μὲν πάντα οἷον ἐπιφλέγει τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις*, non confirmatur tragoediis eius, quae aetatem tulerunt.

VI.

Valckenaerii coniectura in Eur. Phoen. v. 645, sqq. *οὗ κατοικίσαι πεδία μὲν τὸ θέσφατον χρῆσε πυροφόρ' Ἀόνων*, pro *πυροφόρα δόμων*, iniuria a nupero editore spreta est.

VII.

In loco Ciceronis de Legg. I. 1 § 4: Atqui multa quaeruntur in Mario fictane an vera sint, et a nonnullis, quod et in recenti memoria, et in Arpinati homine, *vel severitas* a te postulatur" (codd. partim: *(vel) sed veritas*), pro *vel severitas* scribendum coniicio *verseris*, *veritas*.

VIII.

Horatii Carm. II. 16. 18, sq. legendum: quid terras alio calentes Sole mutamus *patria?* Quis exsul se quoque fugit?"

IX.

Suidae locus (v. *Σοφοκλῆς*, *Σοφίλου*): *καὶ αὐτὸς* (*ὁ Σοφοκλῆς*) *ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι*, *ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν* cum Boeckhio (*Ind. Lectt. in Univ. Berol.* a 1841-1842, p. 9) sic intelligendus est, ut Sophocles dicatur primus instituisse fabulam fabulae opponere, non tetralogiis sive quadripartitis didascaliis certare.

X.

Colonias antiquissimis temporibus e Phoenice et Aegypto in Graeciam deductas esse, satis firmis argumentis in dubium vocari nequit.

XI.

Vere Velleius Paterculus l. II. init.: Potentiae Romanae prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit; quippe remoto Carthaginis metu .... non gradu sed praecipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum."

—

XII.

Bellum Olynthiacum iam anno 2. Olymp. CVII. incepisse, probabilis est Boehneckii sententia (*Forschungen auf dem Gebiete der Attischen Redner*, vol. I. p. 201, sqq.)

XIII.

Veteris tribus Atticae, quae ab aliis *γεδέοντες*, ab aliis *τελέοντες*, ab allis denique *γελέοντες* nuncupatur, postremum nomen unice verum censendum; ea tribus utrum divites et nobiles, an sacerdotes, an utrosque simul continuerit, hodie certo statui nequit.

XIV.

Ius Senatorum creandorum libera Republica post legem Oviniam penes Censores fuit.

XV.

Assentior Hertzbergio (*de Diis Romanorum patriis*, p. 7, sq.) »Manes a Geniis nullo alio nomine diversos fuisse, quam quod illi mortuorum, hi vero in universum humanae animae divino honore mactatae crederentur."

XVI.

Ad Prodici scriptum deperditum, quod inscribeba-

tur Ὧραι cognoscendum Themistii locus Orat. XXII, p. 280, sqq. (ed. Hard.) nihil conducit, Xenophon contra Memor. II. 1. 21, sqq. tam sententias Prodici quam dictionem expressit.

XVII.

In institutione observandum omnino Heracliteum illud *πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει.*